

ac debacchationis in eo existat. Itaq; apologiā ipsam ag-
gredior. Ex qua primum anteq̄ p̄cipuum argumētū
de translatione biblicę tractem, tria quędam afferre mens
est quę luculentiter ostendent nihil prorsus Erasmo esse
credendum, scilicet temeritatem in modo agendi, petu-
lantiam in conuiciis ac sycophantiis sine numero eructā-
dis, & maledicentiam qua detrahit vniuersis. Sed iam
a primo exordiamur.

Capite quō acceditur ad apologiam Erasmicā excu-
tiendā & ingens Erasmi temeritas ex quinque ostē-
ditur, scilicet ex magna confusione ordinis, ex
multiplici discrepātia q̄ plurimorum loco-
rum adinuicem, ex defectu probationis
eorum quę obicit (nihil enim probat)
ex p̄sumptuosa defēsiōe aliorū,
cum tamē suas partes tueri ne-
queat. Deniq; ex stulta obie-
ctione criminum quę in
se habet, vt ex libro ei⁹
colligi potest.



N primis ergo temeritatem Erasmicā
aggredientes eam ex quinque colliga-
mus. In primis ex confusione libri seu
defectu apti ordinis. Deinde ex discre-
pantia seu repugnantia multorum quę
mutuo pugnare videntur. Post modū
ex temeraria obsecutione infinitorum
criminum quorum nec vnum quidem probat in quib⁹
tamen ita totus versatur vt principalis argumētū oblit⁹,
tractet ea quę nihil ad rem pertinent. Porro ex temera-
ria defensione aliorum, cum tamen suā causam Erasmus
ipse decenter nō tueatur. Deniq; ex stulta reprehēsiōe

eorum quę Sutori temerarie falseq; obicit, & tamen in
ipso reprehensore assatim reperiuntur. Et quis hęc an-
mauertens obsecro fidem tribuet huiusmodi detracto-
ri? Quis aliquando credit ea vera esse quę false temera-
rie ac impudenter Sutori impingit? Sed iam probemus
primum ex eius apologia, vt nobis fides nō derogetur.
Nolo enim mihi fidem tribui nisi quantum probauiero.
Imprimis vt titulum ac epistolam nūc p̄termittam de
quibus postea, argumentum suum Erasmus non aggre-
ditur vt par erat, sed in vestibulo sue lacune. xiii. scilicet
primis foliis conuicia, mendacia, calumnias, sycophan-
tiasq; innumeras iugiter eructans, camelum agit saltan-
tem, & de gallo (quod dici assuevit) saltat in asinum. Mo-
do em̄ de capite nostri libri, modo de cauda, nunc de me-
dio, nunc de parte alia temere capit, ordinemq; confun-
dit, idq; nulla penitus causa exigente. Vis mi lector hoc
aperte videre. Numerā. xiiii. folia ab exordio totius libri
& duo sequentia folia diligenter lege. Ibi enim inuenies
quę modo dixi. Si quidem tibi primum affert quod capi-
te secundo dixeram de Theodotione. Deinde mox lo-
quitur de homuncione quo fueram vsus vltra medium
libri scilicet capite. xvii. Postea nullo interiecto saltat in
theologastrum de quo meminerā multo post scilicet ca-
pite vice simo. Post modum reuertitur ad caput, epistolā
operi nostro p̄fixā. Nonne hic est saltus mirabilis? Sed
audi alium simile. De capite enim mox saltat in caudam
scilicet totius operis in quo tetigit cur in viginti duo ca-
pita librum partitus sim. Deniq; transit ad diuisionem
sui libri. Vide mi lector an hęc sani capitis argumēta sit-
iudicium enim tibi relinquo. Sed videamus diuisionem
eius, deinde ordinem videbimus. Imprimis dicit se actu-
rum de versione noui testamētū, deinde de linguis ac bo-
nis litteris, postremo de sacris voluminibus in linguam
vulgarem vertendis. Quorsum p̄cor ad translationē

biblię pertinet de linguis & bonis litteris disceptare, præsertim cum pene nihil dixerim. Et quod dixi, obiter dixi: Sed cur obsecro nulla sit mentio de translatione veteris testamenti, cum multa iste apologista in sua apologia dicat? Nonne debuit hoc sub diuisione comprehendi, cum sit vnum de potioribus quod in controversa uersa est? Si dicat ad se nihil pertinere, cur igitur tractat? Si quicquam cur in diuisione non meminit? Sed videamus ordinem egregium. Facta diuisione mox disceptat qua lingua sanctus Matheus euangelium suum scripserit, & meas obiectiones diluere nititur, idque agit septem foliis perpetuis. Si tam prolixè disceptare mens erat, cur in diuisione illa egregia nulla huius negotii mentio facta est? Cur statim post diuisionem est agitatum, quod in diuisione comprehensum non fuit? Postea negotio illo expedito, tandem venit ad primam partem sue diuisionis, id est, ad versionem noui testamenti, quemadmodum nota marginalis indicat. Et primum quidem præ facis calumniis quibusdam que nihil ad rem pertinent, declarat suam sacrosanctam intentionem, que eum mouit ad uertendum, & obiter detrahit ecclesie auctoritati, deinde subiicit aliquid de meis que pertinent ad translationem biblię. Postea transit ad suam translationem quam paraphrasim uocat, & eam nititur ostendere non esse reprehendam seu reprobam. Postmodum agit de translatione Hieronymi, tam veteris quam noui testamenti. Et nititur probare eam afflatu spiritus sancti factam non esse, ubi & inepte inserit an translationem ipsa sit Hieronymi, quod tamen prius sane disceptandum erat. Inserit etiam aliquid de obscuritate scripture, aliquid quoque dicit in tempestiue de libro Augustini qui de vera & falsa poenitentia inscribitur, cui & detrahit semulque libro sententiarum & magno decreto. Redit postea ad tuendam suam paraphrasim, & mox ad improbandam

translationem Hieronymi tanquam non diuinitus factam. Quo paucis expedito tractat de translatione septuaginta interpretum, & interim Hieronymo detrahit falsè ac impudenter dicens eum iam senem taxasse eorum translationem. Postea redit ad translationem Hieronymi quam nititur improbare & quedam de auctoritate ecclesie & sacre scripture delirat, inde transit ad improbandam translationem qua ueteri ecclesie ubi & interpretem lacerat. Mox paucis interiectis de diuersa lectione que fit in ecclesia agit, agit & de translatione Hieronymi quod non sit probata. Postmodum nititur diluere rationes meas quas pro translatione communi confereram, & in responsionibus suis cassis ac nullius momenti multa stulta inserit que suo loco dicentur. Inde transit ad quedam scilicet gloria in excelsis, in principio erat sermo, & cetera que contra huius temporis presumptores obiter, capite decimosexto. dixeram. Quibus infeliciter exdeditis transit ad caput libri nostri decimiseptimi, in quo probaui biblicam ecclesiasticam esse sufficientem, & quasdam ratiunculas Erasmicas plene dissolui quas in quadam methodo sua effutierat. At ille nititur sua tueri & nostra demoliri sed sequentia declarabunt quam inepte inscite ac impudenter. Ibi enim multa falsa multaque calumnias suo more inserit, ut tacem de conuiciis quibus liber totus ubique scater. Post accedit ad caput nostrum decimumoctauum in quo probaui non esse faciendam nouam translationem, & ut veritas magis elucesceret sequenti capitulo multas dilui obiectiones que fieri potuissent. At illenihil ad hæc penè mutit, sed tribus pagellis quedam garrrens transit ad caput nostrum vigesimum, in quo eius translationem uellicauit. At hic quoque non multum persequitur, sed quasdam nugas pro responsionibus offert. Vides mi lector quam aptum

scilicet modum agendi teneat, vides inq̄ vt eius dicta tan-
 ram inter se connexionem habeant vt grana acerui triti-
 ci, aut harene que vento difflantur. Vides demū vt nul-
 lum ordinem seruet nisi vbi lineas nostras sectari digna-
 ta est eius sublimitas. Expedita prima parte sue sacre di-
 uisionis venit ad secundam in qua de linguis linguax
 iste agit. Agit & simul de bonis literis literator & ipse, ac
 mēdax homo, quippe qui multa mihi impingit que nunq̄
 somniaui. In hac tamen parte breuis est, in qua nihilomi-
 nus pene nihil dicit quod sit alicuius momenti. Nec tibi
 quoq̄ declarat que sint bone literę, sed expedita illa par-
 te post. xx. folia tractans aliud negotium dat quandam
 ridiculam bonarum literarum diffinitionē, nunquid mi-
 lector hic est ordo seruatus ad vnguem? Tandem aggre-
 diens tertiā partē sue diuisionis q̄ erat de scriptura in vul-
 gare linguam vertenda. In qua & pretermittit auctori-
 tates per me citatas que contra eū fortiter faciunt, nihilq̄
 rationibus pene dicit, sed eas vt nugales pertransit. At si
 tam faciles illi videbantur, cur eas non dissoluit? Dein-
 de reuertitur ad ea que agitarat in prima parte, scilicet
 ad tuendam suam translationem. Et deinde sua iactat,
 suāq̄ translationem laudat, theologos aliarumq̄ facul-
 tatum professores nihilificat, glossas biblię taxat, & mul-
 ta mihi crimina falso impingit. Postea transit ad quan-
 dam piā exhortationem, & querimoniam quam de
 terminis christianissimi translatis feceram, in qua rursus
 inuehit in theologos, taxat & antiquos patres, inde re-
 uertitur ad versionem suam, & subinde ad paraphrases,
 interim disceptans cur noua translatio fieri non possit,
 postmodum querit an debeat canere palinodiam, & for-
 titer asserit se non debere id facere. Tandem in exaltatio-
 ne sue, ex taxatione theologorum & cartusianorū, mul-
 taq̄ mei depreffione coronidem libro imponit, vt scilicet
 cet finis exordio respondeat. Vidisti ne sapientissimum

ordinem Erasmi libri? Vidisti ne camelū egregie saltā-
 tem? Imo vidisti hominem de gallo saltantem in afinū.
 Vidisti & conuiciatorem sine ordine ac modo iaculantē.
 Quibus animaduersis rogo mlector an hec sint modes-
 sti hominis iudicia? Quid queso inordinatiū, quid ve-
 insipientius facere possit scurra qui i leui faceria seu mo-
 ria stultū agere velle? Quo pacto magis decipere quo-
 modo aptius ad risum prouocare possit. Dubio procul
 si crassus ipse a desset, risum minime possit cohibere. Et
 nihilominus audet impudentissime me taxare, q̄ ordinē
 confuderim.

¶ Ceterū ostendam subinde temeritatem eius ac ma-
 ledicentiam, ex dissonantia multorum que simul conspi-
 rare nequeunt, & ex variis ea locis decerpamus. In pri-
 mis Erasmus iste absolute pronunciat me omnium lin-
 guarū rudem, & quodam loco me non fuisse amplexum
 litteras grecas, & tamen percontator postea alio loco an-
 grece norim. Quomodo simul stat illa censura (licet stul-
 ta) cum hac hesitatione? hic mihi videtur aliquid fecisse
 simile Cayphe qui cum dixisset Christum esse reū mor-
 tis, tamen post iam latam sententiam que fuit ab astan-
 tibus, Quid vobis videtur? Ita & hic Erasmus primum
 dicit absolute me non nosse litteras grecas, & postmodū
 sciscitatur an eas norim? Deinde ait multis in locis mihi
 opus esse elleboro, & tamen circa principium libri dubi-
 tat an sit aliquis sutor, & alio quoq̄ loco dicit se necesse
 ante librum nostrum editum natum esse suturem. Quo-
 modo precor hec simul conspirant? Dubitare scilicet de
 aliquo an sit in rerum natura, dubitare inq̄ vero an falso
 nomine liber sit titulus nomine suturem (de hoc enim
 hesitat in exordio libri) & tamen postea de eius complex-
 tione & morbo cenforem agere. Item qui fieri potest vt
 sim omniscius & nihil sciam. At hec duo dicit Erasmus
 qui & conqueritur cur aliud argumentum puta de con-

templatione aliisq; id genus non tractatum. Responde-
bit forsān primum ridicule alterū vero serio se dixisse.
At ego dico vtrumq; fultissime ab eo fuisse dictū, sicut
& cetera omnia que ad conuicia pertinet. velle nobis
regulā daret qua nosse possemus quando vel ioco vel se-
rio loquatur. Ita enim nugatur vbiq; vt nihil sit eo nuga-
tius. Sed alias tangamus diffidentias. Quomodo precor
vna cōsentiunt ordinare alicui elleborū, & tñ ei postmo-
dū optare nō semel fidū medicū? Aut enim antidotū
illud morbo sanando sufficiens est, aut nō. Si satis est, cur
medicū postea optat? Si insufficiens cur nouus iste medi-
cus ordinat? Insuper quo pacto id qd̄ inquit, auctoritati
theologorū ex animo faueo, cartusianū ordinē veneror,
cōsentit cū iis que postea de theologis & cartusianis effu-
tit. Ita em̄ miser eos postmodū lacerat, vt miserū quoq;
sit lectitare. Qualiter etiā id qd̄ ibi subiungit cū vno Su-
tore mihi res est, stat cū sequentibus in quibus oīum pe-
ne statui detrahit. Si cū vno Sutore sibi res erat, cur i oēs
tam impudenter debacchatur? Itē quomodo verum est
in toto meo libro nihil esse preter conuicia, & tñ ea pagel-
la vnica cōplectitur. Nunquid liber meus vnā pagellam
tantū continet, similiter quomodo id qd̄ subiungit. Tos-
tum aut̄ hoc opus ex alienis velut ex meis, ex Stunice la-
tomi & lei libellis cōtextit, cōcordat q; in sequētibus ait
de suis apologiis loquens, satis conficio Sutores eorum
nihil legisse preter aliquot capita quibus respondeo stu-
nice. Et alibi res ipsa declarat (inquit) Sutorē non legisse
mea que carpit. Itē quomodo dicit Sutores noua fecisse
dogmata, quod Erasmus ipse fecit in epistola, & in calce
libri multis locis, & tamen Sutores nihil aliud quā alie-
na dixisse? Nonne hec aperte pugnant? Nonne & repu-
gnantia est etiā cū dicit de libro meo, nec quicq; reperies
ipstus preter aliquot insana cōuicia, & folio tñ sequētī sic
ait, imo Sutor noster nihil aliud est q̄ thelenicia echo quū

alienā tantum maledicentiam recinit, si ergo alienā tātū
maledicentiam recino, quomodo verum est nihil meum
in libro meo esse preter conuicia quedā? Enimvero si ve-
ra sunt Erasmica dicta, duo cōtradictoria simul vera sūt,
scilicet Sutor tantum alienā maledicentiam recinit, & nō
tantū Sutor alienam maledicentiam recinit. Ad hec quo-
modo mauult Sutorē eltimare gloriosum q̄ maliciosum
& inanē q̄ malū, & stultū q̄ peruersum, & demū mauult
quicquid hactenus Sutor peccauit tribuere stulte cuidā
glorie. Et tamen postea me dicit maledicē, procacē, cōtu-
meliosum, crudelē, expertē fraterne charitatis, & odium
extremū in se habere. Nonne hec inter se pugnant, quis
falsissima sint? Et certe tñ estimo Erasmus vt nec odio
quidē meo illū dignum putē. Post modū alicubi dicit ne
gocitū a me operose fuisse tractatū, & me quoq; pbare ea
que pbatōe nō indigēt. Quō opole inquit probat ea que
nihil egēt probatione, q̄ ea nemo negat: & tñ alias inqt
me nihil pbare nihilq; afferre preter illa protrita & in cō-
potationibus prouerbiorū vice iactata. Quomodo pcor
hec coherēt. Porro qualiter conspirat ea que de Mathei
euāgelio dicit. Disceptat em̄ primū q̄ Matheus hebraice
nō scripserit illud q̄ pbabile opinat, & tñ postea hoc mo-
do loq̄tur. Qui factū est vt p̄ierit euāgelii a Matheo scri-
ptū hebraice, & Pauli epla ad hebreos: At facile est ei de
eodē serio loqui, & iocari, affirmare & negare, afferre &
hesitare. Preterea ait neminem se velle collatione per-
sonarū offendere, & tamen collationes supra modum
stultas odiosasq; facit, comparisonum recte faciendarū
ignarus. Item barbaros barbarie m̄q; defendit. Si quidem
britonis cuiusdam barbari causam agit, & Lyrantum
quoq; tuetur dicentem tentorifare, & tamen quedā ver-
ba mea vt barbara minusq; latina (sed imperite) cons-
uellit. Si meam (vt putat) barbariem taxat, cur non &
aliorum? Itidem alicubi de me loquens sic ait, suam

prodidit intemperantiam ne dicam infaniam, & tamen vna linea interiecta hunc in modum ait, Poteram & ipse cum infantiēte in fanite, Vides ne quam sibi constet. Forte dices eum ridere, Quando iocetur vel serio loquatur nescio. At scio eum ineptissime vbiq; garrere. Item quomodo conuenit quod circa principium libri dicit, Verū vbi actus oculum totum librum euoluissē, cepisse equior hominī, cum infinitis pene locis postea sit longe asperior atq; infanior quam antea fuerat. Nam vtres ipsa loquitur, longē plura grauioraq; postea dicit conuicia. Amplius quomodo hęc mutuo conspirant quę circa finē libri de se loquens ait, itaq; si damalum opponas leoni & adriano, & pamachium, & chromatium tot eruditus theologis & episcopis, non sum admodum inferior Hieronymo, siue spectes autoritatem, siue doctrinam siue vite integritatem: Porro q; alicubi Sutor me prophanū confert cum diuo Hieronymo, vt fateor nihil esse simile, ita stulte cōparat me mortalem cum vita defuncto. Quo modo inq; hęc erasmica dicta simul consentiunt, scilicet q; non sit admodum inferior Hieronymo secundum censuram tantorum virorum quam satis probat & gloriose refert, cū illo quod sequitur, fateor mihi esse simile. Quod vero loquitur de vite integritate, fleam an rideam mihi incertum est. Sed hoc modo relinquens, miror cur impudenter asserit me contulisse eum cum sacro Hieronymo. Cur non citat locum. Ego ne tam obtusus tāq; stupidus fui vt hanc aliquando fecerim collationem. Equidem si feci (quod prorsus inficior) veniā sacro Hieronymo supplex, deprecor, cum nulla proculdubio sit comparatio. Sed quia de comparatione agitur afferamus aliam eius stultissimam comparationem quę nihilominus aliis ei⁹ dictis minime conspirat. Etenim quēdam atensem quorūdam loco triginta sutoribus prefert. Et tamen post modū dicit atensem ipsum ignorasse quid sibi vellet declama-

tio & celegs. Quomodo tantus vir erat ille, quomodo inq; xxx. sutoribus preferendus qui hoc ignorabat quod non solum Sutor sed etiam quiuis mediocriter doctus nouit. Sed pauca adhuc dissonantia afferamus. Erasmi⁹ iste referens verba quedam mea quibus exclamans nos uam taxaui temeritate quę bibliam uertere ausa est, dicit primum sibi esse incertum an in Fabrum an in eū dictum sit, & tamen paulo post accipit vt in se dictum, vbi & egregie se laudat q; sacros libros repurgarit a mendis, & illustrarit obscura, q; explicarit impedita. Opium existimūq; theologū qui de theologis litteris optime mereretur si eas erroribus non faceret, si non faceret obscuriores, si eas non inuolueret, imo si eas penitus non attigisset cum ipsi actum esset feliciter. Insuper me taxat q; nihil allegem, & tamen multis in locis me carpit (sed temere) q; male & inepte citem. Nunquid hęc simul cōsentiant? Minime quidem, sicut nec inter se conspirant q; sum uehementi preditus ingenio (quem admodum ex scriptis meis deprehendere licet vt ipsemet fateatur) & q; rationes dumtaxat fecerim stupeas, nugales, & frigidās. Nunquid uehemens ingenium solet huiusmodi rationes contra aduersarios facere. Minime sane. Porro alicubi dicit se iracundum esse, sed in scriptis facile temperare, dicit alibi animum sibi esse sincerum, & alio loco de sua moderatione loquitur. At quomodo precor possunt hęc conspirare cum infinitis conuiciis quę non possunt nisi a sordidissimo concitatissimoq; pectore prodire, quomodo inq; concordare cum innumeris debacchatioibus quę aperte ostendunt in eo nihil moderationis penitus fuisse. Non enim simpliciter sed omnia excessiue loquitur, res petitq; frequenter. Quid plura. Dicit translationem cōmunem habere autoritatem, dicit & se non uelle eam elocare. At quomodo possunt hęc simul esse vera si translatione multis in locis vitiosa sit. Quod enim sit vitiosa proba-

tur ex eoq; dicit multos biblię locos se feliciter restituisse & sacros quoq; libros repurgasse a mēdis, quomodo præcor hæc cōspirant? Nunquid liber plenus mendis autenticus est. Nunquid prudentia Erasimica vult librū viciorum manere in cōmūi v su ecclesiarū. Sed audi etiā dissimulantia de religione cartusiana. Eam em̄vocat alicubi sanctissimā, & tamen in exordio sue lacune dicit hmōi vite duriorē rationem nonnullos quos sanos quidem accipit insanos reddere. Nunquid sanctissime vite officium est de sanis insanos efficere. Deniq; si omnia diligenter iustraueris, & prima cum sequentibus præsertim que in calce posita sunt, contuleris; plane iuenies istum Erasimū locis innumeris pugnātia dicere. At quid hoc absurdū, quid indoctius, quid stolidius, quid demū impudētius. Ceterū iam ostendamus eum nihil probare ex iis que temere ac impudenter obicit, & si quādo velit hoc facere ridiculā afferre probationē. Et em̄ ex eius libro facillimū est deprehendere nihil ab eo p̄bationis nisi forsan ridicule afferri, hoc igitur velle probare superflū est quod probatione nō egeat. At nihilominus ad eos q tardioris sunt ingenii iuuādos certū est duos afferre locos quibus attētat Erasimū sua p̄bare, fed ita misere ac inepte vt nihil ineptius. Sic enim. vii. folio ab exordio totius libri numerando loquitur de Sutore. Stultitię & glorię argumenta pauca pferam nec aliunde q̄ ex ipsius scriptis. Quādiu versabatur in palestra Sorbonica non vacabat ei sacros libros euoluere, imo nec petrū quidē lombardū (opinor) vnq̄ plegerat. vbi cartusia dedit oculū, cœpit euoluere libros vtriusq; testī, certe p̄tatiōes iudicat se legisse, p̄tereā nō nihil autorū veterū, hīc sibi vīsus est in alio mūdovē fari. Nec hos tamē p̄petuo legit, sed carptim vt locus incidat citatus vel a nobis vel ab iis qui in nos strinxerant calamū. Id ita se habere res ipsa loq̄t. Totū autē hoc opus ex alienis velut ex meis, ex st̄n nice, latomi, & lei, libellus

contexuit, nec hīc quicq̄ reperies ipsius p̄ter aliquot insana cōiicia. Nunqd mi lector audisti egregiā Erasimi probationē. In primis diuīat cū ait nō mihi fuisse oculū in Sorbona sacros libros euolūēdi. Deinde dubiā afferit probationē, cū ait opior, ad p̄bādū qd afferuerat. Nunqd oro sani hominis est primū asseuerare, & postea probādo hesitare. Postmodū innuit mai⁹ oculū esse cartusianis quā forbonicis studio incūbendū, qd falsissimū est. Ad hæc impudenter loquitur cū ait me citasse autores vt loc⁹ incidat ab eo vel aliis citat⁹. Et qd obsecro citare solet Erasim⁹. Insuper multos sōntās mundos & velut tripode loquēs, astruit rē ita se habere. Putes certissimū apolinis oraculū. Denique mendaciū addēs mēdacio dicit i meo libro nihil esse nisi qd ex suis alienisq; libris cōtexui. Nūqd hæc est egregia probatio afferre scilicet dubia, sōntia, falsa, mādaciaq; aperta pro falsa temeritate probāda. Nunqd in meis scriptis reperit q̄ in sua probatiōe deprospit. Nunqd si vera essent q̄ garrir, bona foret argumēta ad stultitiām gloriaq; probāda? Stultissimū est hoc putare. At sua sic probant Erasimi disceptatores. Itē in calce libri deme loquēs & eandē tñ recinēs detractionē, sic ait. Sed stimulabat miserū ḡhe sitis, malebat magnā famā q̄ bonā, malebat citā ḡp̄iam q̄ perhennē. Sit hoc vanū nisi totius hoīs liber vndiq; spirat thralonicas glorias. Nunqd rur⁹ hoc est egregiū p̄batiōis gen⁹ dicere sit hoc vanū nisi &c. Vanissimū est q̄ putat hoc esse alicuius momenti. Sed cur nō citat locū Erasim⁹ i quo me velle laudauerim, vel iactauerim, vel dixerim q̄cū quod ḡp̄iam redoleat. Curingō nō citat, cum liber meus sit p̄ cap̄ta distictus & signat⁹ i singulis foliis propterea q̄ facile sint citare, qd facere nō possum i libro eius prorsus cōsulo. v. id est mi lector iam satis quo pacto suas imposturas probet Erasimus. Et quis tam vanus est qui putet et nihil probanti sed vana duntaxat professentū fidem esse tribuendam? Et tamen ex audacissima

asseueratione, & frequenti repetitione putat fore vt vera credantur que falsissima sunt. Sed spero aliter futurū, q̄ probationes nullas afferat sed duntaxat audaces ac firmas uolens faciat repetitōes. Quin & in principio multa proponit se dicturū in sequentibus de quibus nec vnū quidem uerbum postea facit, nobis in hoc referens hystriones qui miranda se ostensuros in exordio pollicentur, & tamen in fine nihil exhibent.

¶ Sed iam aliunde probemus ingentem Erasmi temeritatem ut qui patrocinium aliorum suscipit, & tamen causam suam tueri non potest. Cui putas eum conferendū nisi stulto grauiter saucio, qui uulnera quidem aliena curat, sed sua fere negligit. Et primum quidem uide quā impudenter Iacobi Fabri causā agat, & minime requisitus se defensorem eius exhibeat, cum tamen Faber etatē habeat, & longe doctior ac sapientior sit Erasmo, p̄pter eaq; causam suam melius tueri posset. Vide rursus quam inconsulte loquitur Erasmus ipse, dum ait Fabrum alio quanto mitius tractandum fuisse, qd̄ eius probitas, pietas, canicies, & labores iuuandis publicis studiis exhausti hoc merebantur. Si aliquāto mitius Faber tractandus erat, parū igitur errauit Sutor Fabrū dure tractando. Et si parū errauit, quomodo uerum est quod dicit Erasmus Sutores sic tractare Fabrum ut cum cane uideatur loqui, non cum homine. Porro si probitas, pietas, canicies, & labores Fabri merebantur ut mitius tractaretur in re tam graui, de qua Sutor aduersus eum disceptauit, cur igitur pro sua uicamicaq; reprehensione quam Faber in Erasmus suis cōmentariis inseruerat, ita efferbuit Erasmus ipse: & pro re longe minoris momenti supra modū dure Fabrū ipsum tractauit: addēs etiam minas si quicq; Faber ipse mutiret: & Erasimica scripta postmodum uellitate auderet. Nunquid mi lector audisti egregium patronum egregie patrocinātem. Imo audisti hominē

vehementer desipientem. Sed accedamus ad Iyanum cuius etiam causam ita tueretur pius iste patronus: ut etiam eius barbariem defendat. Quis putasset Erasmus vnquam barbarorum fore defēsores: quos tam dure antehac fuerat persecutus: Mira profecto mutatio: que & gaudium barbaris afferre possit: quod eorū hostis defensor eorum sit effectus, Sed & mihi utcūque gaudendum uidebatur, ut qui cum barbaris Erasmus habeam defensorem (sum enim barbarus Erasmo) nisi miro quodam modo eundem uel in eadem re hostem haberem, quippe qui me persequatur ob barbariem quam mihi sed temere impingit. Sed ad rem. Si Ilyano licuit dicere tentorifare: cur mihi non fuit licitum uti latinifare: ut clarius breuiusque emphasim hoc est demonstrationem siue significationem uanitatē ac fastus istorum latinifatorum explicarem: qui ceteros prae se nihil esse putant: Sed si mens erat Erasmo tueri Iyanum: cur non potius in rebus grauib; eum defendit: Multa enim aduersus eum longe grauiora disceptauit. At iste sciolus qui pene solas minutulas artes nouit: non potuit grauiora afferre. Denique si ex animo tueri Iyanum uolebat, cur postmodum eum impetit: Nunquid hoc est modesti capitis indicium. Iam uero ad Britonem accedo quem paucissimis uerbis obiter taxauerā capitulo tertio quod hyperaspitenō sit interpretatus satellitem & armigerum, ut Hieronymus secundo libro contra Rufinum fecerat: sed maluit dicere protectorem. Imprimis egre tuli quod elegantes Hieronymi praefationes tam sorde interpretatus sit. Deinde speciatim molestum mihi fuit quod non sit secutus Hieronymum in expositione illius uocabuli graeci hyperaspites. Non enim aptior explanatio dari potuit. Non potuit inquam mens siue sensus hieronymi melius explicari. Cur igitur aliter exponere uoluit, ni


si forte quia hieronymum nō viderat: Denique quod non satis apta sit britonis expositio ex eo constat quod hyperaspistes eo loco significet satellitē, si hierony. credimus. At vero fatelles & protectores, non idē sibi volunt: certe synonima non sunt, cum multi sint protectores qui non sint satellites vt certum est. Et diuerso multum sint satellites qui nō sunt protectores. Satelles enim quamuis plerunq̄ sit miles mercede conductus vt ab imperatoris latere non discedat: quem admodum aiunt Cornucopia & Calepinus, tamē interdum fatelles (vt idem calepinus ait) dicitur qui fontibus capiendis preest: qui et apparitor dicitur. Cum igitur fatelles et protector synonima non sint: sequitur si hieronymus recte interpretatus est, britonem non satis recte exposuisse. Quippe qui vocabulum posuerit non synonimum cum eo quod posuerat hieronymus. Sed et si satellitem pro custode siue protectore caperemus eo loco: tamen brito non potuit tam generaliter ponere protectorem sine additione, sed specialius loquendum ei fuerat, puta dicēdo miles protector vel aliquid simile. Sed dicit erasmus britonem vim et ethimologiam gręcę vocis explicuisse, fateor eū explicuisse verbi illius gręci significantiam. Non enim inficior vocabulum huiusmodi gręcum iterum significare protectorem, sed male tamē versus est brito siue perperam adaptauit sic absolute loquendo. Nec obest quod in psalmis hyperaspistes dicatur protector absolute, quoniam deus de quo loquitur ipse psalmista, absolute dici protector potest. Quapropter emphasis gręci verbi recte sine additione potest ei adaptari, qui est protector vniuersalis omnium, non sic autem illi aristotele qui alias in quibusdam codicibus aristetas nuncupatur. Quapropter non fuit ita generaliter et absolute interpretandum vt brito fecit, quem nihilominus opinor gręce non sciuisse.

Hęc autem cum ita se habeant, mirum est cur Erasmus hoc loco me temere flagellare calūniarūq; toties voluerit. Sic enim ait. At sutor quid sit fatelles latinis non intelligit. Est enim fatelles regii corporis stipator et custos. Sutor in capitulo. xxii. docet fatellites recte dici sceleratissimos grassatores. Et iterum, nec sutor britonem damnare potest, nisi eadem opera damnet hanc translationem quam affeuerat p̄dita a spiritu sancto. Et rursus. Sutor seu flagitium insectatur in britone quod approbat vsus ecclesiasticus. Imprimis vt erasmica confutetur temeritas, stultum est tam impudenter calumniari vt dicat suturem ignorare quod omnes pene norunt et in lexicis inuenitur. Nouit enim sutor quid sibi velit fatelles: quod tamen aperte se nescire monstrat Erasmus vt qui det interpretationem satellitis ineptam. Nō ne precor milites illi qui imperatores, duces, marchiones, comites, aliosq; principes custodiunt satellites dicitur: Cur ergo restringit Erasmus ad custodes regum. Bona enim interpretatio cum suo interpretato sic conuertere debet, vt de nullo dicatur quin & interpretatū ipsum eidem conueniat, at ita non est in hac interpretatione erasmica. Deinde cum fatellites totum principem custodiant: cur Erasmus in sua interpretatione dicit regii corporis, et non porius regis vel principis? Nunquid corpus principis est ipse princeps: R̄diculum. Dicendum ergo fuerat, fatelles interdum est principis stipator et custos. Hęc dixerim vt Erasmus discat potius rectas facere interpretationes, quam ridiculas reprehensiones calumniarūq; temerarias, in quibus est illa quam mihi impigit dum ait me docere fatellites recte dici sceleratissimos grassatores. hoc enim a me nunquam dictum est vt calumniatur Erasmus. Nō enim in loco ab eo citato quicquam dixi de significantia verborū, sed de flagitijs satellitum ac militum: quos si ad mores aspici

cias, potius sceleratissimos grassatores quam milites recte dixeris. Sed & si dixissem quid mirum? cū Hieronymus nuncios a Rufino missos satellites etiam vocet. Sic enim in epistola ad ipsum Rufinū inquit. Cur libros contra me scribis ad alios, & legendos per satellites tuos toto orbe dispergis? Nunquid satellites hoc loco p̄regii corporis stipatore capitur? Minime quidē. Non enim rex erat rufinus, sed maledicus mōachus quamuis nō eque vt Erasmus. Deniq; falsum est quod calūniatur me nō posse damnare britonem nisi eadem opera damnem & biblię translationem, & vsum ecclesiasticum. Primum enim sine secundo sane fieri potest nec alterum ex altero pendet. Nam in psalmis quibus vitur ecclesia hyperaspistes recte vitur in protecto rem ob causam dictam, & amen inepte brito interpretatus est propter causas etiam superius assignatas. Eat nunc Erasmus & barbaros temere defendat quantum ei collibuerit. Sed tandem ingentem Erasmi temeritatem maledicentię iunctam probare opus est ex infinitis conuiciis, mendaciis, & imposturis; quibus non solum me crudeliter sed etiam alios impudēter flagellat. Nonne magna impudentia est aliis impingere que in eo assatum reperiri scripta eius testatur? Magna plane Cū nihil sit vel stolidius vel impudentius q̄ alteri obiecere p̄sertim tā vehemēter tāq; frequēter quod ipse admittas aut certe habeas. Sed ita ad referēda refellēdaq; maledicta Erasmica accedere opus est, si priuste mlector monueri me nō esse secuturum vestigia eius, que ita cōfusa sunt, & inordinata, vt puer erubesceret, ita cōfuse inepteq; loqui. Itaq; mihi certū est p̄cipua decerpere, & certū in ordinē redigere, vt tuę consulā vtilitati. Igitur cōiucia maledictaq; Erasmica i quattuor diuidā, complectarq; genera. Primum erit de nomine, cognomine, complexione, morbis, insania, phrenesi; aliisque

id genus, Alterum de barbarie ac inscitia. Tertium de erratis in libro de translatione biblię admissis vt Erasmus ait. Postremum de his que ad vitam & mores pertinent. His enim expeditis & Erasmicis maledictis profligatis manifesta prorsus euadet Erasmica temeritas. Denique luce clarius apparebit nullam ipsi Erasmo fidem esse tribuendam.

¶ Capite sexto respōdetur generatim conuiciis maledictisq; Erasmicis. Peculiariter autem tria refelluntur que magis ad rem pertinent, & in primis ostenditur Sutorem non tractasse argumentum inepte, deinde probatur q̄ librum suum de translatione biblię ex alienis libris non contexuerit. Postremo quod in eo necerrores nec mendacia nec sycophācias contigisset vt temere impigit Erasmus.



Grediamur igitur primū in genus Erasmicorum cōuiciōrum. Sed tamen primū quicq; de titulo apologię eius p̄lo quatur, aduersus (inquit) Petri Sutoris debacchationem. Cum tale titulum videas mlector quid putas auctorem huiusmodi dicturum nisi debacchationem? Et tamē si suo honorī consultum cupiebat, non debuerat ipse debacchator mihi prima fronte impingere debacchationem, tamq; frequenter repetere,

cum librum adeo plenum debacchationis ediderit vt nihil eo furiosius, nihilq; rabiosius excogitari queat. Velim grauissimas luere penas si possit aliquis liber proferri in medium qui non dico tantam debacchationum copiam sed decimam partem complectatur. Tot sunt enim in eo debacchationes vt numerari non possint. Sunt enim sine numero, sine ordine, sine modo, quæ & tortes repetuntur & inculcantur vt nauseâ lectori pariant. Deniq; tanta de me confingit quantâ non diceret de latrone homicida, de scorto meretrice, scurra de mimo. Sed quid? iuxta vulgatum dictū non potest e sacco prodire nisi quod in eo est. Vellem diceret in quo sim debacchatus, cum nihil toto libro dixerim, nisi quod rationi consentit, quod veritati astipulatur, quod demum auctoritate & ratione nō probarim. Nihil igitur debacchatus sum, nec fuit propter que dā aspera, verba pie ac decenter inserta liber ipse ita misere inculpādus. Sed expedito titulo venio ad apologiā.

¶ Maledictis igitur Erasmicis responsionem adornās possē imprimis id Erasmo dicere quod olim sacer Hieronymus ruffino maledico. Intellexi (inquit) illud Salomonis in te esse completum, in ore stulti baculus contumeliæ. Et non recipit fatuus verba prudētiæ nisi ea dixeris que versantur in corde eius. Et Esayas, fatuus (inquit) fatua loquitur, & cor eius vana intelligit, vt compleat iniquitates & loquatur contra deum mendacium. At his & aliis id genus asperis obiurgationibus nūc vti nolim quia cum eo mihi res est qui potius deterior quam melior propterea euaderet. Deinde leuius hominibus species que dā vindictę seu reueltionis videretur si peculiariter cum hoste decertans conuicia iacularer. Cum enim speciatim nominatimq; cum aliquo congredior, mihi temperandū, a verbis asperis longe magis censeo quam dum generatim lo-

quor, nec iniuria quidem liberior enim est generalis sermo quam peculiaris. Porro satis mihi persuasi vinctam esse domino deo committē dā quum dicat ipse, mihi vindictam & ego retribuam, & moneat quoq; verberanti alteram prebere maxillam, iubeat inquam inimicos non solum diligere sed etiam eis benefacere. Ad hec non me latet eos esse beatos qui maledicta patienter ferunt, & modesto quoq; animo quicquam aduersitatis pro veritate tolerant dicente ipso christo, beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Denique nullos reperias qui pro veritate certarint, quin grauissimis persecutionibus affecti sint. Hunc enim morē habet domina veritas vt suos amatores ac defensores variis sinat persecutionibus agitari. At tādē copiosa eis premia retribuit. Ergo sibi ipsi imponit qui sine duris persecutionibus putat veritatē ipsam cōstanter defendi posse. Hęc igitur & alia hoc genus animaduertens patienter omnia pro veritate ferre, a conuiciisq; temperare, & modeste quantum res exigit, aduersario respondere constitui. A primo igitur genere conuiciorū que frivola sunt & per se falsa exordiens id dicam quod pre nominatus Hieronymus prefato dixit ruffino qui alienis miseris insultabat, Et cuius precor est humanitatis cuiusve clementie insultare aliorum miseris & vulnera cunctis aliena monstrare? Sic ne te docuit ille Samarites seminecem ad stabulum reportare, oleum plagis infundere, mercedem stabulario polliceri? Sic reuectam ouē, repertam dragmam, prodigum filium legis esse susceptū? Esto te leserim Erasme & quibusdā stimulis ad maledictorum insanā prouocarim vt falso putas, nunquid pituitam velut ex peccato procedēs crimen mihi obicere debuisti? An putas morbos omnes ceterasq; afflictiones propter peccata semper cons-

strigere soleret. Erras si ita putas. Quinque enim modis
 ut tradit magister sententiarum in quarto venerabilis
 Bedam sequens flagella contingunt, vel ut iustis
 per patientiam merita augeantur ut lob, vel ad custo-
 diam virtutum ne superbia tentet ut Paulo, vel ad cor-
 rigenda peccata ut Marię lepra, vel ad gloriam dei ut
 de cæco nato, vel ad iudiciū pene ut herodi. Cum igitur
 tot modis contingant mortalibus afflictiones, quid
 pituitate languorem mihi velut culpam exprobras? Sic
 cine tua biblia græca te docuit: Sic cine codices græciani
 ci sub fumario lecti tibi faciendum persuaserunt: Et cer-
 te si ob peccata mea putaueras me catarro (quem pituita-
 tam vocas) torqueri solere, non conuiciari sed compa-
 ti, sed misereri, sed orare pro misello debueras. Sed iam
 venio ad genus alterum Erasmi corum conuiciorum
 quibus me ob barbariem & inscitiam presertim lingue
 latine crebro flagellat. Et quidem quantum ad barba-
 riam pertinet, multa a me dicta putat Erasmus non esse
 latina, que latina esse minime negotio probarem si res
 esset tanti momenti. Et que nam obsecro prudentia est
 theologum in theologico negotio tam pueriliter con-
 tendere, & de literis & apicibus cum theologo disceptare?
 Hoc enim grammaticorum est. Si librum de arte
 grammatices edidisset, ista mihi obicienda fuerant.
 Atqui negotium ipsum de quo nobis disceptatio fuit,
 plane theologicum est quod has pueriles contentiones
 detestatur. Adde quod orthographia multis in locis vicia
 ta sit errore atque incuria typographorum. Nec solum
 in literis ipsis sed etiam in dictionibus multis, & inter-
 dum in sententiis (quod est grauius) liber ipse viciatus
 est. Quod profecto facile potuit Erasmus deprehende-
 re si boni consulisset. Quantum vero mihi sit erudi-
 tionis non admodum hic contendam, sed iudicium hu-
 ius rei prudenti doctoꝝ cęsori relinqua interim nihilis

pendens Erasmi censuram qui & furore cecatus & in
 philosophia, theologiaque parum intelligens censorem
 in rebus huiusmodi agere sane non potest. Itaque tertium
 genus Erasmi corum maledictorum attingam in quibus
 nostrum de translatione biblie libri sue sacre ver-
 sioni aduersum miro modo taxat. Etenim ut summas
 tim ob lectoris oculos ponatur ea que in eo reprehē-
 duntur, vel licet Erasmus ordinem, confusionem, argu-
 mentorum varietatem, superfluitatem, inutilitatem
 allegationum, defectum argumētandi, respondendi-
 modum, rationum futilitatem, temeritatem, furtum,
 errorum sycophantiarumque syluam, & demum eius con-
 clusionem. Itaque videtur vicia omnia que in vitiosissi-
 mo libro reperiri possent, dedita opera excogitasse ut
 libro meo impingeret, & simplici lectori persuaderet
 totum agmen huiusmodi viciorum in eo contineri.
 At longe aliter rem se habere intelliget prudens lector
 qui aduertere voluerit, intelliget inquam ea omnia que
 dicit Erasmus falsa, ementiaque penitus esse, quod & res
 ipsa loquitur. Eam ob rem hæc præterire mihi certum
 est præter tria que referenda speciatim videntur, ne sim-
 plex lector iis seducatur. Arguit enim me temeritatis
 Erasmus quod argumentum tractaui, quod & lingua-
 rum peritiam requirit, & iam fuerat satis ab aliis agita-
 tum. Impingit etiam mihi quod librum cõtexerim ex
 libris alienis. Denique mihi imponit quod in libro ipso
 mendacia sycophantiarumque plurimas congefserim. Quibus
 calumniis responsurus annotandum in primis cen-
 seo negotium de translatione biblie bifariam tractari
 posse, scilicet collatiue & theologicę, collatiue fit conse-
 rendo codices latinos cum libris peregrinis. Et hic qui-
 dem modus linguarum peritiam exigit ut clarum est,
 hoc enim modo videri potest quid sit vel consonantię
 vel dissonantię inter bibliam latinā, & græcam. Altero

modo sit cum negocium ipsum agitur partim ratio-
 nibus partim auctoritatibus doctorum qui de hoc me-
 tionem fecerunt. Primus modus hoc tempore inanis
 est nulliusque commoditatis certe per veritate sacre scriptu-
 re cognoscenda, quādoquidē nullus vere christianus he-
 sitat quin veritatem diuine scripture latina cōmunis-
 que biblia sufficiēter ac plene complectatur. Soli enim er-
 rones hoc dubitant. Ne tamen videar pios doctosque vi-
 ros Legum & Stunicam (quorum nunc lucubratiōes ha-
 beo) quodam modo taxare hic modus recurrēdi ad co-
 dices græcanicos paruo ante tempore fuit utcumque uti-
 lis ac necessarius, scilicet ad repellendam confutandaque
 nouorum translatisarum temeritatem, que si non fuis-
 set exorta nihil fuisset opus labore huiusmodi obire.
 Non igitur eorū lucubratiōibus detraho, sed hoc no-
 mine gratulor quod docuerūt græcanicos libros inter
 se, mirum in modum variantes & incertiores quoque
 esse quam latinos, propterea magis fidendum biblię la-
 tine quam gręce, docuerunt, & Erasmi multa sine cau-
 sa mutasse interdum addidisse de suo, aliquādo dixisse
 ita haberi in gręco quod non erat, & ediuerso non ita
 esse in gręco quod tamen ibi continebatur. Docuerūt
 denique Erasmus ipsum in suis annotationibus multa
 a veritate abhorrentia dixisse. Primum igitur modū
 agendi non sum profectus quia satis in eouersati fue-
 rant viri illi non vulgariter eruditi, sed nec quicquam
 disceptaui de annotationibus seu commentariis ipso-
 rum translatisarum. At secundo modo scilicet per au-
 ctoritates & rationes negocium ipsum diffuse tractaui,
 partim veritatem fulciendo, partim temeritatem falsita-
 teque nouorum dogmatum improbando. Et hoc sane mo-
 do qui theologicus est, potest optime negociū de tralla-
 tione biblię siue eruditione peregrinarum linguarum
 tractari, quomodo non contenderunt Legus & Stunica

ut ego quemadmodum ex collatione librorum luculē-
 ter deprehendi potest. De latino autem iudicare non
 possum quoniam eius dialogum, nec habeo nec habui
 vñquam. Sed nihilominus quero ab isto impostore an
 tres illi Legus Latomus & Stunica tractarint de diuersis
 translationum generibus quod secundo capite feci: Itē
 an disceptarint speciatim de translatione leptuaginta
 interpretum, quę admodum & ego in tribus capitulis:
 Insuper an egerint de translatione veteris testamenti
 per Hieronymum facta. Lyranum confutarint: Ruffis
 no responderint, & alias quoque obiectiones diluerint,
 quemadmodum ipse feci septem capitulis sequētibz.
 Ad hęc an rationes Fabri diluerint, quibus assererat
 Hieronymum nostre biblię translatorum non esse. An
 etiam probauerint vulgatarum biblię editionem esto a
 Hieronymo facta non fuisset, nihilominus veram fide-
 lem probatam auctenticam pleneque sufficiētem esse,
 & ratiunculas Erasmi adductas in methodo dissolue-
 rint: quod diffuse feci: An probauerint etiam non esse
 faciendam biblię translationem, nouo cultoque stylo
 pro amātibus latini sermonis, & obiectiones que fieri
 potuissent adduxerint, diluerintque ut ego: Denique an
 probauerint bibliā nō esse vertendā in vernaculā lin-
 guā: Quis adeo p̄iuncte siōris est qui audeat hęc asse-
 re? Certe nec legus, nec latomus, nec stunica hoc sibi tri-
 buere vellēt. Imo hoc asserētī dicerēt nō dubito eū esse
 mētūtū. Sed & res ipsa loquitur oppositū. Denique pru-
 dēs lector collatione codicū facile deprehēdet impudē-
 tissimū, apertissimūque mēdaciū Erasmi, dicētis me nihil
 dixisse quod a suis vel alienis libris non acceperī. Apo-
 logia stunicę fateor quam tum habebā dum librum de
 translatione biblię faciebam, me iuuit aliquid pro. xix.
 & xx. capitulis quibus i Erasmi & Fabri peculia-
 riter disceptaui, iuuit & me i his apologia ipsius Erasmi

in stumicam responsua, sed ad ipsum proprio baculo
 cœdendum proprioque mucrone confodiendum. At
 nihil me iuuerunt tres alię apologię ipsius Erasmi scilicet
 in Fabrum, i. Lęum, & Latomum. Nihil quoque iu-
 uit dyalogus ipsius latomi. Testis est Deus ante cuius
 tribunal reddenda est ratio omnium: si aliquem illorū
 quattuor librorum modo dictorū tum habebam, cum
 librum de translatione faciebam, Videram fateor, lege-
 ramque pro parte apologiam Erasmi in Fabrum sunt
 anni circiter septem cum essem prior cartusianorū Pa-
 risiensis, sed eam ibi reliqui, nec ab eo tempore vidi nisi
 a paucis diebus. Eam enim habui nonis decembris
 huius anni, M.D. XXV. Et hoc quidem quod modo
 dixi quam possim sanctissime affirmo. Affirmo & me
 nec modo habere nec habuisse vñquam dyalogum la-
 tomi, nec duas quoque alias Erasmi apologias scilicet
 in lęum & latomum ipsum. Volui quidem nuper vide-
 re sed inuenire, necdum potui. Cur igitur iste calūnia-
 tor Erasimus auderet tam impudenter mihi furtum alie-
 narum lucubrationum impingere, & tam frequenter
 garrere me librum meum contulisse ex libris dunta-
 xat alienis: Et quis credat homini tam apertum menda-
 cium effutienti, presertim cum sibi aperte contradicat,
 vt superius ostendi: Non sum tam infœcundi ingenij,
 vt propria moliri nequeam. Non sum quoque tam mi-
 seri animi vt opera aliena sub proprio nomine imprimi
 faciam. Non sum etiā frontis ita perfrictę vt velim pa-
 lam bellum ab alijs depugnatum excitare. Denique ni-
 mium miser furunculus ac decem furcis dignus esset
 qui Erasmo quicquam suffuraretur. Est enim ei tā cura
 supellex literis presertim theologicis vt nihil eo sit
 pauperius. Ad mendacij quoque me taxare non veretur
 qui librum suum a manifestis mēdacijs exorsus est,
 & quod fecit i exordio, hoc in medio, hoc in calce fecit.

Tantis denique mēdacijs, mendacissimus liber vbique
 scatet, vt potius mendacum ipsum quam mendacem
 dixeris. Sed cur vel vñum ex his mendacijs que ait me
 conuellisse, non protulit in medium? Quid prodest
 tantum generatim loqui, & mēdacia dūtaxat effutire.
 Quid inquam prodest multa mihi impudenter impin-
 gere, que nec somnari quidē vñquam: In quibus est
 quod ait me fuisse debacchatum in linguas bonasq; li-
 teras, cum tamen ipse bonas hoc est theologicas serias
 solidaq; literas fere nihil pendere soleat. Non enim
 quicquam dixi in linguas, sed linguaces qui theologis
 prestantissimisq; viris passim detrahere non verentur.
 Nihil inquam in bonas literas scripsi, sed in malos lite-
 ratores qui disciplinas omnes præter artes humanitatis
 floccipendunt. Nihil etiā oblatraui in puram gręcita-
 tem, sed in gręculam leuitatem que latinam puritatem
 confundere, & nouis temeritatibus christianissimum
 turbare cepit. Nihil quoq; locutus sum in veram elo-
 quētiā, sed in falsam stultamq; loquacitatem que om-
 nia quātumuis antiqua reprehēdere presūmit. Deniq;
 nec linguas nec literas in se, sed abusum earum (qui fre-
 quentissimus est) taxauī, quemadmodum scripta mea
 indicant, taxauī & eos qui peregrinas literas discunt in
 eum vñum vt nouam biblię translationem moliantur,
 & que certa erant dubia faciant, quod iam fecere non-
 nulli magnam veritatis & animarum perniciē. Ergo
 vel malo spīritu agitatus, vel furore aut baccho tem-
 lentus erat Erasmus cum afferuit me literas dixisse dia-
 bolicas. Cur non citauit locum? Fateor alicubi literas
 humanitatis dixisse futilitatis. At hoc non absolute sed
 respectiue intellexi, talis sermone vsus sum non in
 odium literarum ipsarū quas & ipse amplector, sed ad
 temeritatem grammatarum cohibendam qui literas
 illas nullis nō antepōnūt. In sup mihi ipingit Erasmus

quod dixerim omnes huius temporis calamitates ex sua translatione provenisse. Vbi precor hoc dixi: Cur locum non citat. Dixi fateor nouas translationes multarum turbationum quę in re christiana suscitę sunt, causam fuisse. At nō dixi omnīū. Sed cur etiam ait me dixisse hereticum esse moliri annotationes in sacras literas? Nusquam enim hoc absolute dixi, sed nouas biblię translationes vt temerarias, scandalosās, inanes, tartareas, & heresim blasphemiamq; redolentes taxauī. Taxauī & annotationes quę erroribus conuicijs ac impietatibus scatent, vt sunt Erasimicę quod & verbum paraphrases ab eo positum sonat. Nā vt habet lexicon gręcolatinum *ἡ ἀπεργασίη* est dictionum peruersa & aliana interpretatio, & paraphrases peruersus interpretes, seu deprauator dicit. Cui Calepinus & alij greci scientes cōsentiant. De veris autem bonis ac frugiferis explanationibus nihil locutus sum, nec vnquam distulsi. Deniq; nusquam Erasimum vocauī blasphemum aut hereticum, quemadmodum temere impingit, mihiq; hoc nomie grauius indignatur. Si enim aliqua eius vt impia atq; heretica taxauī, non propterea sequitur me dixisse quod hereticus sit. Sed de his iam satis. Tādem venio ad postremum genus conuiciorum Erasimicorū quibus vitam moreq; meos temere vellicat. Sed quid obsecro cause fuit de vita moribusq; tractare, cum de literis non de moribus disceptatio foret: Et dubio procul si temeritate Erasimicam lectari mens esset, suis eum coloribus egregie hoc loco depingerē. At nolui cum meum ago negocium, conuicijs vti. Prestat enim obiectas criminationes refellere, quam decertare conuicijs, & instar muliercularum retaliare. Ergo vt breui respondeam in hac parte, nec palam mei status preuaricator sim, nec passim apostata vocor, nec religionis habitū missum feci, nec publicis criminibus vitā cōtaminaui,

nec insanis erroribus christianismum infeci, nec factio nis autem turbe quicquam excitauī, nec admisi quod vel Sorbonicis vel Cartusianis dedecus attulerit, nec demum erroris, mendacię, blasphemię, aut impietatis quicquā vel dixi vel scripsi. Quapropter viderit Erasmus qui innumeras mihi sycophantias temere impingit, quam rationem sit in tremendo examine districto iudici redditurus. In calce tandem dicam hoc Erasmo quod sacer Hieronymus quondam in epistola quadā maledico Ruffino. Poteram & ego in te falsa congerere & dicere me vel audisse vel vidisse, quę nullus ignorat, vt apud ignorantes ipudentia veritas, & furor constantia putaretur. Et iterum in eadem epistola. Possēm & ego tuis te coloribus pingere, & insanire contra insanientem, & dicere quicquid scio vel nescio, & eadem licentia, imo furore & amentia vel falsa vel vera argue re, vt & me loq; te puderet audire, & obijcere tibi quę aut accusantem damnarent aut accusatum, vt ex frontis duricia fidem lectori facerem, vt quod impudenter scriberem vere rescribere iudicares. Dicam & rursus Erasmo quod olim Augustinus donatistę Petiliano libro tertio. Proinde si & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledicti essemus? vt hi qui nos legerent alij detestatos abijcerēt sana grauitate, alij suauiter haurirent maliuola voluntate. Dicam deniq; audēter Erasmo, si timor dei me nō cohibuisset, non solum ea quę mihi temere impingit in eum retorsissem (quę & ex libro eius facile probare fuisset) sed etiam alia addidissem quę mihi relata fuere. Sed absit vt imitator sim Erasmi, & quod in eo reprehēdo, ipse faciā. Ille loquatur spurcitas qui spurca potest cōmittere. Malus homo de malo cordis thesauro profert ea quę mala sunt, & ex abundantia cordis os loquitur. Magis igitur accusari velim quā accusare, pati iuu

riamquam facere, audire criminationes quam impingere, & calumniis iniurijsq; afflicti quam obicere alteri. Turpissimum enim est christiano presertim theologo vel falsa crimina alteri effingere vel etiam retaliandi animo contumacia effutire. Ceterum postquam meum fatias egij negocium, ad causam aliorum tractandam accedo vt rursus doceā ex ipsa apologia quantū sit in Erasmo temeritatis ac maledicētie. Doceam inquam nihil eius scriptis esse credendum. Doceam deniq; ab eius sermōe to cauendum, temperandumq; ab eius libris, maxime quibus de fide moribus ac rebus theologicis tractat.

Capite septimo ad Erasmicā temeritatē seu petulantiam magis declarandam, pleniusq; confutandam, ostenditur Erasimum in sua apologia (quam rectius colluuiē mvel sordium congeriem nuncu passer) detrudere vniuersis, detrahit enim sacre scripture, translationi. lxx. biblię ecclesiasticę siue communi, eiusq; interpreti, auctoritati ecclesię, sanctis doctoribus, vetustis patribus, libris probatis atq; autenticis, glossis biblię, theologicis laisticis ac exercitiis & determinationibus eorum senatoribus parisiacis omnium artium pfeessoribus, religiosi, aliisque viris probis. Nimirum igitur si Sutori cartusiano detraxerit.



Nunc tunc temeritatem maledicētiāq; Erasmicam rursus ex ifana eius apologia legamus, ostendamusq; seriatim vt pene vniuersis detraxerit ipse Erasmus. Eniuero vt summam res ob oculos lectoris ponatur, sanę scripture detrahit sinceritati, detrahit & translationi septuaginta interpretum, bibliam quocq;

communem turpiter eleuat eamq; vocat lacunam, in terpretem eius vellicat, ecclesię deprimit auctoritatem, sanctos doctores ac patres arguit, de libris autenticis vt Apocalipsi, magistro sententiarij, Decreto Gratiani, & libro Augustini de vera & falsa penitētia, alijsq; passim receptis perperam loquitur, glossas biblię impetit, vniuersitatem parisiacam taxat, graues theologos plerumq; flagellat, theologicum exercitium reprehēdit, omnium artium professores carpit, Decartusianis alijsq; religiosi irreligiose balbutit, senatū Parisiē, mordet, probos quosdam viros taxat, & alia quoque multa temere effutit, de quibus latius agendum est, vt Erasimica pateat temeritas.

Imprimis sacre scripture detrahit sinceritati dum putat eam errori obnoxia alicubi esse posse. Arguit enim me quod dixerim eam nihil profus erroris seu falsitatis complecti, quamuis & auctoritatibus & rationibus permultis capite decimoquinto libri nostri comprobarim, quibus debuisset veritas aduersarius speciatim seriatimq; respondere. At hoc non fecit, sed quandam attulit dumtaxat similitudinem ineptissimam circa finē sue lacunę. Etenim cum dixissem sacre scripture auctoritatem vacillare si quicquam mendacii seu falsitatis in ea esse dicatur, me propterea taxat dicens me pugnare aduersus auctoritatem scripture & totius ecclesię velut si quis inquit asseueraret regē non esse regem cui quicquam in esset neui in cute quum constaret regium corpus non vacare neuo is non tueretur regiam dignitatem sed eum in periculum vocaret. Digna scilicet reprehensio & pulchra similitudo Erasimica, digna inq; que literis aureis scribatur imo que in lacunam cum tota eius apologia mittatur. Non enim veritas est diuine scripture accidentaria vt neus regi, quemadmodum iste somniat, sed essentialis vel certe propria, & ita pro-

pria vt ei semper & vbicq; cōueniat sicuti risibile respēctū hominis. Vt igitur non potest esse homo quin sit & rationalis & risibilis, ita scriptura non potest vere diuina esse quin ipsa vbicq; & semper vera sit. Sumenda igitur potius fuit similitudo a regio titulo, quam a neuo, vt quemadmodum non potest quispiam vere rex esse nisi ius ac titulum in regno habeat, ita nec scriptura sacra dici potest, nisi veritatem vbicq; complectatur. Hęc igitur similitudo faciēda fuit nō altera quę a sinina est, dicendum inquam fuit eum non tueri sacram scripturam sed ei facere iniuriam qui dicit eam alicubi esse falsam, secuti is regiam non tueri dignitatem qui defecit ei tituli seu iuris obicit. Sed quod ipsa scriptura diuina vbicq; vera sit ratione sic pbari potest. Omne enim quod a deo reuelatum est pro salute humana vbique verum est. Non enim potest quicquam a deo per se reuelari quin illud verū sit. At tota scriptura diuina a deo est pro salute humana reuelata, igitur tota diuina scriptura vbicq; vera est. Consequentia hęc bona est cuius & totum antecedens non solum est verum sed etiam catholicum, igitur & consequēs. Negare autem quod catholicum est, insanum penitus est. Et quanquam sacris in literis sint nonnulla quę virtute naturali ingenii humani quo ad materiam cognosci potuerint, non tamē quo ad formam, hoc est finem aliaq; a diuino spiritu intēta. Eapropter omnia quę in scriptura ipsa posita sunt, diuinitus posita fuisse fatendum est. Deinde si diuina scriptura alicubi falsa esset, sequeretur deum alicubi errasse, sequeretur inquam etiā deum ipsum suā ecclesiam immediate per se & directe fecisse. At vtrūque consequens hęreticum impium & blasphemum est, igitur & antecedens. Quod enim sequeretur ex eo constaret quod scriptura ipsa tota sit a deo reuelata. Si em quicquam in ea esset non diuinitus reuelatū iam illud

priore non esset diuinum. Deniq; si alicubi falsa esset, tota ipsa suspecta esset, cum tota vni basi innitatur vbique scilicet diuine reuelationi & auctoritati. Nisi forsitan quandam dederit regulam Erasmus qua nos doceat quibus in locis scriptura diuina contineat sensum spiritus sancti, & in quibus minime. Sed quid dicet ad Augustinum? qui in epistola quadam ad Hieronymum hunc in modum ait. Admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio nulla illorum librorum particula remanebit, quę non vt cuiq; videbitur vel ad mores difficilis vel ad fidem incredibilis eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumq; referatur. Hic em Augustinus dicit si vel semel sacris in literis admittatur mendaciū nulla particula remanebit non difficilis vel incredibilis vel falsa. Item quid dicet ad illud quod sequitur in eadem epistola? Agendū est igitur (inquit) vt ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sancte & veraciter existimet vt nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia, potiusque id quod non intelligit transeat, quam cor suum preferat illi veritati, profecto enim cum hoc dicit, credi sibi expetit, & id agit vt diuinarū scripturarum auctoritatibus non credamus. Nonne hęc Augustini verba luculenter Erasmus omnes confutant, qui putant non esse necesse sacram scripturam vbique veram esse. Nonne & eos videtur gra phice descripsisse qui potius sibi quā scripturę diuine credi volunt? de quorum numero videntur esse detractores Erasmi, qui & mihi detrahunt q̄ dixerim sacram scripturam esse vnam copulatiuā propositionem per hoc significans eam in omni sua parte verā esse. Si me in hoc reprehendat Erasmus, reprehēdat & omnes vestros theologos necesse est. Quandoquidē omnes docti

theologi hęc profitentur, palamq; in theologis discipulationibus clamant.

CSed transeamus ad translationem septuaginta interpretum cui etiam detrahit Erasmus. Etenim me reprehendens q; eam dixerim diuinitus effectam fuisse, sic ait. Non semel impudens est quod illic pronunciat Sutor interpretationem septuaginta interpretum fuisse ex afflatu spiritus, & tamen stultissimis argumentis probat quod a seruit. Et iterum relicta est editio septuaginta interpretum ac recepta est Hieronymi in veteri duntaxat testamento ex magna parte. Et rursus alibi. Palam est Hieronymum senem & post editam suam versionem taxare septuaginta interpretes, quomodo afflatus spiritu non agnouit eodē afflatus spiritu? Verum si mea sententia Erasmo minime probabatur: cur precor non respondit auctoritatibus Hieronymi, Augustini, & Gregorii quibus probaui capite quarto libri nostri translationem ipsorum septuaginta interpretum diuinam seu diuinitus factam autenticamq; esse: Cur inquam non respondit rationibus illuc adductis quę in auctoritate doctorū fundatę sunt? Hęc omnia dissimulat Erasmus, quasi nihil a me probatum sit, et tamen audet rationes huiusmodi stultissimas vocare. Nunquid auctoritates probatorum doctorum ad aliquid probandum afferre, est stultissima facere argumenta? Stultissimus est qui hoc putat. Sed de his postea. Satis est enim hoc loco indicalse Erasum tantę esse temeritatis ac petulantię, vt etiam translationi ipsorum septuaginta interpretum detrahere audeat.

QDe translatione quoq; biblię communis qua passim vtitur ecclesia, & interprete eius, quam temere ac impudenter loquatur, quis consequi sufficiat: Primum quidem pristinam tuēdo temeritate vocat eā lacunā dicēs, Si veteris testamenti fons est hebraica lingua, versio

septuaginta interpretum lacuna sit oportet. Et si noui testamenti fons est gręca lingua, latina interpretatio lacuna sit oportet, etiam si vertisset sanctus Lucas. Nonne mi lector vides pulchras consequentias ab ignaro dyalectices effectas: imprimis antecedentia vera sunt, & tamen cōsequentia falsa. Deinde hęc caudę nō sunt illorum vitulorum. Non enim consequens est si fons sit aliqua lingua, propterea quod ex ea vertitur lacunā esse, cum versio ipsa potius dicenda sit riuus quam lacuna. Etenim quod ex fonte manat riuus inquit huiusmodi absolute dicitur, non autem lacuna. Quandoquidem lacuna grammaticis est aque in fossa collectio, & vt seruius placet, lacunę sunt fossę in quibus collecta aqua stare consuevit. Interdū & lacuna est fossa ad siccandum agros parata. At vero nihil horum sane potest sacre scripturę cōtenire. Et quis obsecro probatus auctor aliquādo bibliam vocauit lacunam: enim vero sacra scriptura tam verba quam non verba a diuino fonte profluxit, vt assiduo fluxu totā irriget ecclesiā. Nō em̄ diuinitus data est vt inстар lacunę iugiter stet terrę ad hęreat, sed vt fluat, suoq; fluxu humana corda abluat, a terrenisq; reuellat, & ea humi iacere nō sinat. Itaq; riuus, non lacuna dici debet. Et quid mirū si scriptura dicatur riuus, cum fides, spes, charitas, sapiētia, alięq; dona spiritus sancti riuuli vocētur, vt ait Gregorius. xv. mora, citans illud Io. vi. qui credit in me ficut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Nihil igitur cause fuit cur Erasmus bibliam vocaret lacunā, & me reprehenderet q; translationē Hieronymi riuum nuncupassem. At dicit Erasmus, contingit aliquando riuum esse sordidum. Igitur translatio Hieronymi potius dicēda est lacuna quam riuus. Huius bella cauillatio, quasi vero scriptura conferatur sordido riuo & nō potius limpido. Eodem enim modo probaretur christum

non debere comparari agno, quoniam cōtingit nonnunquam agnum esse macilētum, languidū, deformē, & scabiosum. At nihilominus christus ipse non solum agno confertur, sed etiam agnus vocatur. Discat igitur Erasmus theologicē & loqui & scire priusquam theologia negotia tractet.

Sed iam vide quā pius prudensq; theologus sit qui bibliam communem multis in locis taxat vt mendosam, & nihilominus dicit eam alicubi esse autēticam, etiam si Hieronymi non esset, q; sit vsu pene totius ecclesie recepta. Vide inq; quomodo sibi constet. Si enim autentica sit biblia communis vt ait, igitur nec falsa nec dubia nec suspecta alicubi est. Si enim falsa dubia vel suspecta est aliquo loco, sequitur eam autēticam non esse. quādoquidem instrumentum non est autēticum quod vel vno loco falsum dubium aut suspectū est. Nullus enim iudex tale instrumentum diceret autēticum, nec sum in eo fundaret iudiciū. Sed de his postea vberius.

¶ Transeamus ad ecclesie sinceritatem quam etiā impudenter eleuat Erasmus dum asserit eam posse errare, sic enim ait. Est enim erroris genus qui potest occupare totam ecclesiam citra periculum fidei aut salutis eterne, veluti si falleretur in supputatione diei paschalis, aut si per errorem personę coleret pro diuo qui nō esset tali honore dignus. Et alibi quēdā vel ignorauit vel in dubiis habuit prisca ecclesia, quę post per cōcilia sunt explanata. Et alio loco, Errata quēdam tolerat ecclesia nō solum in moribus, verum etiam in sacris libris, & ritu ecclesiastico. Hęc sunt preconiā quibus ecclesiam christi sponfam prosequitur Erasmus. Primum cum dicit ecclesiam totam hoc est vniuersalem hallucinari posse in supputatione diei paschalis, vel in colendo aliquo pro diuo qui nō esset tali honore dignus, falsum est, Tætē si

particularis ecclesia potest in hoc errare, vt errauit tempore beatissimi Martini turonensis ecclesia, quę pro martyre colebat aliquem sceleratum qui a beatissimo episcopo interrogatus an martyr esset. Respondit se nihil cum martyribus habere commune: tamen ecclesia vniuersalis in hoc errare non potest. Siquidem in his quę pertinent ad fidem, ad religionem, ad cultum diuinum, ad bonos mores hallucinari non potest. Imo nec in his quę sunt facti, quando totam rem christianam concernunt. Esto in his quę sunt facti particularis dicitur errare posse. Si enim in his quę dicta sunt, errare queat, quomodo verum est illud Salomonis. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te? Hoc enim citra dubitationem de ecclesia Christi sponsa intelligitur, esto de beata virgine, & anima sancta, recte quoque capiatur.

Si tota pulchra, quomodo erroris fēditatem habet? Si macula non est in ea, quo pacto neuis falsitatis in ea reperitur? Item si errare possit in his quę diximus, quomodo vera erit sententia diui Pauli dicentis ecclesiam non habere maculam aut rugam? Porro cum a suo sponso peculiariter dirigatur, si ipsa errare posset in his quę diximus, sequeretur Christum eius sponsum errare posse. At consequens impium est & hereticum, igitur & antecedens, de hacre iam multa dixi in apologetico in nouos anti-comaritas. Eam ob rem hic succincte agere certum est. Denique qui dicit eam p̄fatis in rebus hallucinari posse, reddit auctoritatem eius incertam ac vacillantem. Finge enim eam errasse in aliquo p̄dicatorum, percontor quis te facit certum & securum quod alius in locis non eque errauerit? Auctoritas ne an ratio? Non auctoritas, quoniam eadem est vbi que auctoritas scilicet ipsius ecclesie.

Non ratio, quoniam in his quę sunt fidei non admittitur ratio saltem ad faciendam probationem euidentem & fide ipsa maiorem. Rationes enim quę afferuntur in rebus huiusmodi, nō sunt tantę energię vt auctoritas, cui catholica fides innitur. Quapropter dicere ecclesiam errare posse, est eius auctoritatem minuere, & incerta facere ac suspecta quę ab ea tradita sūt. Sed veniamus ad alia verba Erasmi quibus ait ecclesiam vel ignorasse vel in dubiis habuisse quę postea explicata sunt. Imprimis non est concedendū ecclesiam vnuerſalem quicquam ignorasse, cum ignorantia theologis & philosophis vicium sonet. Est enim ignorare id nescire quod scire debeas. Itaq; non idem sibi voluit nescire & ignorare. Deinde nihil habuit vnquam in dubiis quod esset sciendum & salutis necessarium foret, vt prætere videtur Erasmus. Alioqui hæc nihil suo proposito conducerent, nisi ita caperet. Quod autem ait ecclesia ipsam quędam tolerare in cultu diuino siue ritu ecclesiastico, si intelligat vt intelligere videt, de his quę per totam ecclesiam obseruantur, falsum est: cum ea nō tollerent sed ea probet, quibus vsitur. Si vero dicat quędam esse in ritu ecclesiarum particularium quę tolerat ecclesia ipsa, hoc inde contingit quod ad notitiam eius errata huiusmodi necdum venerunt, aut certe quia re ipsa refecari nō omnia deceter potuerint. At nihilominus nihil est in vsu totius ecclesię quod & erroneum & reprobatione dignum sit. Etenim dū certior efficitur in synodis generalibus adunata, vel refecat, vel certe reprobatur hoc est dicit saltem ea nō licere, & si fieri cōmōde potest statuit vt tollant. Verū est prelatos ecclesię multa tolerare quę sciūt esse noxia, quę interdū sit per negligentiam, interdū vero per discretionē, quia vident maiora mala de prouentura si tollerentur. At hæc nihil ad vniuersalem ecclesiam. Non debuit igitur Erasmus tam licēter

falsę ac impudenter de sponsa christi ecclesia garrere. Sed accedendum est ad sanctos patres quos etiam Erasmus ipse taxat, imprimis detrahens sancto euangelistę Mathęo dum ait eū male citasse quędam ex veteri testamento, dicit enim illud vaticinium. Et tu bethleem, neq; cū .lxx. cōcordare & adeo discrepare ab hebreis vt sentum etiam habeat cōtrariū. At hoc impiū est dicere, nisi intelligat Mathęū desentire ab hebreis codicibus corruptis. Insanum enim est asserere euangelistā quicq; dixisse cōtrariū hebraicę veritati. Esto dixerit diuersū (quod frequēter, .lxx. interpretes fecerūt) nihil tū dixit cōtrariū siue repugnas. Latū enim est discrimē inter diuersum & cōtrariū, quod ignorans Erasmus blasphemiam hic eructauit. Cum enim hebraica veritas peculiariter afflatus spiritus sancti reuelata sit, & eodē Mathęus euangelistā scripserit, si quicq; cōtrarietatis reperiretur inter hebraicum & euāgelistę, sequeretur spiritum sanctū sibi ipsi cōtrariū esse qui præcipuus auctor est totius sacre scripturę. At hoc est hereticū impiū & blasphemū, ergo Mathęus nihil dixit cōtrariū licet aliter dixerit q̄n hebraico haberetur. Adde q̄ in euangelistis multa narratur diuersa, at nulla est in eis cōtrarietas. Quod & Augustinus quodam sermone testatur cū ait. Nonnulli vero putauerūt eos, scilicet euāgelistas inter se esse cōtrarios cum ipsi essent cōtrarij anime suę. Et ideo data est opera ab eis qui potuerūt adiuuante dño, vt ostenderent inter se nō esse cōtrarij. Hęc Augustinus. Nihil igitur reperitur in ipsis euangelistis cōtrarietatis. Nihil inquam inuenitur in eis quod sit repugnans veteri legi siue prophetis. Nihil deniq; dissonantię seu cōtrarietatis in tota biblia reperit, sed in oibus ijs quę ibi tradunt, maximus cōsonus, gratissima harmonia, summaq; consonantia est. Aliter astruere est, tum de bacchari, tum phreneticari, tum hereticari si ita loqui phas est.

¶ Sed Hierony. proferamus i mediū cui etiā nō semel detrahit Erasmus. Sic enī de eo, quodā in loco ait. In sanā nūnt oēs hebraicarū literarū periti qui magno cōsensu predicāt Hieronymū in multis hallucinatū. Audisti mī lectōr hominis insaniam qui peritissimū Hierony. tā turpiter errasse asserit. Sed vīde ingeniosā probatio nē vt enī probet qđ asserit; affert testimoniū Lei. qđ de gustatis (vt ait) dicitur hebreorū litteris hoc affirmabat. Nūqđ testimoniū hoīs in ea retā parū docti sufficit ad pbādū qđ temere & ipudēter eructauit cōtra Hierony. quē oēs doctissimū i ea lingua p̄dicāt: qđ de se affirmat, nihil de veritate hebraica mutasse, qm̄ rū in modū suis obstitit aduersariis, falsitatis crimē obficiētibz, qđ deniq; tā fideliter traduxit vt & iudei eius translationē probaret eā q; veracē sicuti testatur Augu. decimo octa uo de ciuitate dei esse dicerēt, ac propterea securus ipsi Hieronymus suos hostes remittere soleat ad censurā ipsorū hebreorū. Fateor igitur hebręos nouos insanire, qui corruptos libros habentes audent nimis arrogāter Hieronymū dicere falsariū, quorū os certe impudēs durius obstrui debet, quemadmodū & os Ebraicū quod etiam detrahit Augustino dicens eū errasse quod existimabat translationem septuaginta interpretū receptam esse sacrosanctam. Hęc enim reprehensio Erasmi ca prorsus insana est, cum non solus Augustinus: sed totus quoq; orbis ipsā trāllationē septuaginta interpretū vt factā & diuinā tū existimaret. Sed de hoc postea.

¶ Trāleo igit ad patres vetustos, quos etiā taxat, dū ait eos fecisse hereticos nō medēdo lapsis aut cōfirmando vacillantes. Sic propulsus est (inqt) ab ecclesia Arius. Sic Tertulianus egressus est ab ecclesia. Sic Vuyeleuus factus factionis auctor quod in eū monachi quidā nullum faciebāt debacchandi modū. Dicit iste patrū temerarius reprehensōr, an heretici sint in repu. tolerandi: postq̄ eorū pestis cōperta est, maxime si in perniciē rei

christianę grassari nō cesset: Quis adeo delirus est, qui hoc dicat: nonne scabiosa ouicula segregatur a grege, ne ipsum inficiat: Nōne & mēbrū putridū separatur a corpore, ne reliqua mēbra pereant: Nonne homicidā latrones aliq; id genus reip. turbatores tolluntur de medio, ne ipsa respu. pessum eat, quę certe periret si criminā inulta manerēt: Cur igitur heretici factiosi aliq; huius farinae sodales a ceteris non segregabuntur, ne suis virulentis artibus eos plusquā letaliter fauciet: Si puniuntur qui corporibus detrimentū inferunt: nonne & occisores animarū debēt iustis affici penis: Si per duntur alienorū honorū dirreptores, nōne fidei bonorumq; morum corruptores debent a ceteris disseparari, ne & ipsi pereant: Segregari profectio debent ac procelli, qui seiplos primum per heresim a deo segregauerunt: & de numero fidelium esse desierunt. Segregari in quā debent maxime postq̄ satis admoniti nullo modo respiscere voluerūt. Sed quis dicat patres antiquos nō obseruasse in pellēdis illis hereticis, qđ obseruandum erat: Ita ne sunt sine ratione; sine causa; sine reuerētia taxandi vt eos temerarie taxat Eras. Sed obsecro vult ne nobis psuadere vt hereticis nō obstitamus, vt dirā eorū pestē serpere sinamus, vt gregē dñicū ab hmōi cōtagio nō vindicemus: Potius sibi timeat, sibiq; caueat, qđ satis ac satis admonit⁹ palinodiā cātare necdū voluit, sed admonitorib⁹ suis oblectat; detrahit; cōiuciat calūniat. Qui em̄ eius erroribus ac temeritati nō fauēt: nō gratulatur: nō cōsentit; stulti sūt; sutores sūt; insani sūt: elleboro indigēt; nihil sciūt; deniq; ab eo morosi cerebrosi sophistę mēte cōmoti liuore cęci & senes deplorati dñr.

¶ Sed cceptum prosequamur iter & consequenter ostēdamus Erasmus detrahere bonis probatisq; libris. Imprimis de auctore libri apocalipsis hęsitat quasi verodiuus roānes apostolus & euāgelista libri illius auctor sine dubio nō fuerit. Enim uero soli erronei maleq; chri

stianū de hoc dubitāt. At dicit hoc a veteribus fuisse dubitatū. Huius bella causa cur nunc hēstīdū sit. Si em̄ liceat de oībus modo dubitare de q̄bus antiquiores hēstītarunt, proculdubio multa vocabuntur in dubiū que tamen vere christianis certa sunt, vt pote q̄ recepta sūt, & vsu totius ecclesie pbata & lōgissimo tpe obseruata: de quorū nūero est q̄ apocalypsis sit sancti iohannis euāgeliste. Impiū igitur est hoc tpe dubitare. Deniq̄ hmōi dubiū prę se fert animū non satis piū seu christianū. Imprimis q̄ auctoritatē libri illius q̄ i se est, deprimi. Itidē hmōi dubiū est quodā modo iniuriū auctoritati ecclesie que libro illo palā vititur sub noīe loānis apostoli & euāgeliste. At mater ipsa suos falleret liberos, si alterius esset q̄ illius sub cuius nomīe passim legitur. Porro iniuriū est doctoribus omnibus qui librum ipsum sub noīe loānis apostoli sēp titulauerūt, cita uerūt, eoq̄ hactenus vsi sūt. Nōne id dubitare qd̄ doctores oēs a mille annis & supra cōstanter & sine dubitatione vlla dixerunt, insanū penitus est: Porro quid cōducit rei christianę afferre illa que dubia quondā nōnullis fuere, & modo cūctis recte sentientibus certa sunt? Ad nihil aliud certe cōduxit nisi vt leues homines ansam dubitādī capiāt, & quod certū erat, dubiū eis fiat, deniq̄ sine reprobatione afferre que palā falsa putant, affectū male christianū quodā modo indicat, non nihilq̄ redolet impietatis. Nec satis est dicere paratū se esse hoc p̄steri quum ecclesia iusserit, q̄nquidē ecclesia satis hoc iussit q̄ tanto tpe sine vlla hesitatione vta est. Nunquid est cogenda synodus vnīuersalis pro stultis impiisq̄ dubitatiōibus tollendis? Plane ridiculum.

¶ Sed aliā Erasmicā reprehensionē afferamus q̄ libri de vera & falsa p̄nā taxat dicēs eū falso tribui Augustino. Eius verba subscribā vt mihi fides tribuat. Subit obiter (inquit) admirari temporū illorum vel stupiditatē vel

credulitatem vel infelicitatem quibus liber Augustini titulo lectus sit tanta cum auctoritate vt pene totus descriptus sit in decreta pontificum & sententias theologorum. Quin & hodie serio citatur a summis theologis. Hęc ille, qui & quāsdam affert ratiunculas quibus nititur probare librū huiusmodi non esse Augustini. Nōne mi lector nimis audacem hominis temeritatem admiraris, qui aude censuram suam omnium doctorum (qui ante nos fuerunt) iudicio p̄ferre: qui inquā non solum hēstare sed etiam palam insiciari p̄sumit quod hactenus ab omnibus probatum fuerat: Sed excutias ratiunculas, quibus nititur. Ait imprimis orationis phrasim nulla ex parte referre Augustinum. Stilus (inquit) vbiq̄ iacet, male coheret, dicas arenam sine calce. Sed quis precor dedit huic theologastro tantam de libris theologis auctoritatem iudicandī? Nunquid & ipse discretionem spirituum habet: dicas vim odorem venatici canis eum equare, vt sicut ille citra errorē per vestigia deprehendit lepores, ita & hic per stilum ipsos auctores. Sed ad rem. Stilus libri de quo agitur, nō tam demissus siue ineptus est, quin sane possit tribui Augustino: cum alijs multis in operibus que Augustini esse non dubitantur, nec altior nec aptior sit stilus. Adde q̄ sententijs secundus ac fidelis sit, quod magis in iudicio auctorum faciendo expendi debet. Sed & si non redeo leat phrasim illam quā Augustinus aliquibus in libris seruat, quid mirum vbiq̄ adeo? Nunquid auctor aliquis multo tempore scribens, scribens inquam varios libros & diuersa tractans argumenta potest semper eandem stili formam vbiq̄ ad vnguem obseruare? Profecto id difficile est, quod & raro cōtigisse inuenias. Quamdiu enim intellectus humanus est corpori sociatus, sensum sequatur oportet. Ea de re facta mutatione in sensu, plerumq̄ sequitur mutatio in ipso intellectu. Atqui sensus

humanus admodum mutabilis est, propterea sapiētes phisici aiunt hypocratem dixisse experimētum fallax maxime ob corporis humani passibilitatem. Est enim (inquiunt) fluxus iuū subitarēq; transmutationis oportunissimus. Qui fieri potest igitur vt toto vitę tempore stylus idem prorsus perseueret? Adde q; multa faciunt ad styli variationem, interdum enim morbus diuturnus stylum mutare facit qui et magnam scientię partem adimere solet. Quę enim ita contingat res ipsa loquitur, & nihilominus probatur ex Hieronymo in epistola ad Ruffinum, de iudicio Salomonis, in qua sic ait in calce, Quęra nobis a domo sospitatem vt post duodecim menses quibus iugi lęguore cōfectus sū, possim aliqd digne vestrę scribere voluntati, & ignosce si scātēs oratio solito cursu non fluat. Non enim eodem lepore distamus, quo scribimus, quia in altero stylum sæpe vertimus, iterum quę digna sunt legi scripturi, in altero quicquid in buccam venerit celeri sermone conuoluimus, hec ille. Interdum vero argumētum non potest luculenter breuiter ac plene tam venusto stylo tractari quemadmodū cōtingit in rebus philosophicis. Quod idem Hieronymus primo libro in epistola ad Galatas ostendit cum ait, Si itaq; hi qui disertos seculi legere consueuerūt, ceperint nobis de nouitate & vilitate sermonis illudere, mittimus eos ad Ciceronis libros q; de questionibus philosophicę notantur, & videant quāta sibi necessitate compulsus sit, tanta verborum portenta proferre quę nunquam latini hominis auris audiuit. Ergo qualitas rei quę tractatur aliquando facit ad styli mutationem; nonnunq; etiam qui libris incultis incumbunt, præsertim longo tempore styli ornatum perdūt. Nam & Hieronymus ipse querebatur se amississe latini eloquiū v̄sultatē ob studium v̄berborum hebraicorū quę anhelantia stridentiaq; vocabat, diffuetudo igitur

stylum quandoq; varium facit. Deniq; personarū quibus scribitur aliquando exigiti conditio vt stylus mutetur. Aliter enim doctissimis, aliter parum doctis scribi solet. Quid igitur mirum si Augustinus ipse ad quādam deuotā & de penitentia (quę potius cōpunctionē cordis q̄ eloquētiā oris expetit) scribens stylo demissiori vsus sit? Denique quis crederet vnq; Augustinū ipsum fecisse psalmū contra partem donati qui incipit, oēs qui gaudetis de pace, modo verū iudicate nisi ipse dixisset. Nihil igitur obest hec Erasimica obiectiūcula. Sed nec alię quidem quas postea subiungit, quę adeo futes sūt & nugales, vt nec relatiōe quidē dignę sint. Tangam igitur duas dūtaxat quę prima fronte videntur alicuius esse momēti. Augustinus inquit nō solet tam oscitater sacras literas citare vt sit in illo libro. Deinde capite, xvii. libri illi? refellitur opinio Augustini, sic enim ibi dicitur. Quod quis licet de eius salute Augusti. potuit dubitare credo quidē illi q; dixit, quacūq; hora peccator igemuerit & cōuersus fuerit vita viuet. Verū hec nihil p̄st aduersario. Esto em̄ nō citēt vbiq; sacrę literę i illo libro vt nūc in cōmuni biblia habent. Hoc tū nec est ip̄putādū negligētię, nec est, p̄pterea liber ipse Augusti. denegādus. Quādoquidē biblia cōmunis nō erat ita plene recepta tpe Augustini vt hoc tpe. Idcirco aliis i libris etiā quandoq; citat aliter q̄ habetur in ipsa biblia cōmuni. Deinde falsum est q; ibi refellatur opinio Augustini vt aperte liquet. Falsum etiā est quod alii dicunt Augustini, ibi seipsum citare duntaxat enim loquitur Augustinus de se i tertia persona, quod certe inusitatum non est. Nam & christus dominus frequenter de se in tertia persona locutus est, adeo vt populus eum docentē audiens quę fuerit aliquādo, quis est iste filius hominis? Itidē fecit Hierony. in epistola ad p̄machium contra ioannem ep̄m dicens in hunc modū.

Ego misellus dum in solitudine delitescō, a tanto pontifice repente truncatus presbyteri nomen amisi, & tamen iste Hieronymus cum p̄nosa turba & sordidatis gregibus quid Ildoro illi flumini ausus est respondere? Hęc Hieronymus. Sed & ipse Augustinus de quo agitur, in epistola ad p̄fatum Hieronymum responsiua de se loquitur in tertia persona dicēs hoc pacto. Quamquam enim secūdum honorū vocabula que iam ecclesie vsus obtinuit, episcopatus presbiterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Hęc Augustinus. Itaq; si loquatur de se Augustinus ipse in tertia persona p̄fatum in libro de quo sermo est, non est propterea putandum librum illū nō esse eius. Hęc autem latius profecutus sum vt errorem Erasmicū funditus vellicarē, & ostenderem nihil ei credendum esse cum de libris theologicis censorem agit, quod & impudenter fecit in multis asserendo quędam non esse Hieronymi, quę tamen eius sunt. Et in apologia quoq; quam in nos eructauit, videtur insinuare commentarios in Marcum, quę Hieronymo passim tribuuntur, non esse eius. Sed & aperte dicit regulam monialū nō esse ab ipso Hierony. factam, sed ab impudentissimo rabula confectam. Sic enim loquitur modestię culmen. Attamen plus est solidę eruditionis & pietatis in huiusmodi regula quam in libris Erasmicis. Deniq; isanum est sine causa sine ratione sine probatione titulos a suis libris detrahere, & palam asserere libros non esse illorū auctorum sub quorum nominibus editi sunt, & hactenus semper reputati. Quod ergo taxat Erasmus libros decretorum & sententiarum, propterea quod fere totus liber p̄fatus sit in eo transcriptus temerarie facit, sed & impudentius est quod ait libros illos autenticos scaterē testimonijs ex pleudepigraphis crebro & indocitis libris decerpis, hoc enim non solum temerariū sed

etiam falsum est. Et certe huiusmodi temeritas potius flagellis quam verbis esset cohibenda. Eam obrem castigationem eius proceribus ecclesie relinquo.

¶ Ceterum biblię glosas ac iterpretes etiam istetaxat Erasmus dicens quodam loco eos nodū scripture confirmare lectorisq; errorem conducibile. Alibi recensitiores passim labi non unquam & veteres. Item alibi dicit ex lectione glosarum se dimitti incertiorē q̄ venerat, dicit & ibidem omnes iterpretes consentire in errore. Et pro his omnibus p̄bandis affert quattuor aut quinque locos duntaxat volens hoc modo probare glosas non sufficere, sed recurrendum esse ad linguas peregrinas, de his autē nihil in presentiarū agere certū est quod aptiori loco postmodū excutere intendā. Hęc tamen interim adducta sunt, vt ingens Erasmi temeritas spectetur qui tam impudenter omnibus biblię explanatoribus detrahere audeat.

¶ Venio ad theologos quos tam dure impudenter ac dire taxat iste antitheologus, vt mirū molestūq; sit resferre. Imprimis taxat in epistola theologos q̄ literas politiores despiciant. Non me clā est (inquit) inter theologos esse quosdā qui contenti sūt quę iuuenes didicerūt magno odio ferantur, in linguas ac bonas literas adeo vt illis nihil placere queat quod sapiat aliquid politioris literaturę. Et instructi sunt sexcentis titulis & articulis innumeris qui si desint cōdūt p̄ suo arbitratu noua dogmata. Et postea huiuscemōi theologos vocat rabulas ordinisq; theologicis carcinomata & vomicas, quę cōiucia in sua apologia repetit. Primū percōtor quinā sunt illi theologo qui magno odio feruntur in bonas literas. Multos noui theologos quorum nonnulli parū latini erant. At neminem comperi qui literas humanitatis odio haberet. Boni (fateor) theologo despiciunt, quosdā diabolares grammaticistas qui bibliam aliosq;

libros theologicos ob defectum humane eloquentiæ asperrantur, qui nouam bibliam facere presumunt, qui ceteros nihil faciunt non eloquentes, qui arte humanitatis abutuntur in suam perniciem & reipublice turbationem, qui omnia noua facere, omniaque mutare conantur, qui demum nouas temeritates introducere satagunt. Istos ergo miseros theologos oderunt fed odio sancto, pio, ac perfecto, quo & regius vates impio se odisse testatur. Sed alias Eras, calumnias videamus. Dicit quoque alio loco theologos plusquam sexcentis locis dissidere a dogmatibus veterum orthodoxorum. Et quis modeste ferat hanc impudentissimam sycophantiam? Afferat obsecro non sexcentos sed vel sex locos, & ei respondebit. Tantum enim stulte garrat, nec vnum locum afferat sed nec afferre quidem possit. Deinde alio loco taxans eos dicit in hunc modum, quamquam hoc iam olim in desuetudinem abiit ut theologos pro veritate mortem oppeterent, ipsi citius occidunt alios ob suas opiniones quas equant articulis fidei. Imprimis quoad mortem oppetendam, non est opus respondere, cum christus nemini dicit hoc tempore pro me morere, nisi forsitan theologo Erasmo qui non grauati impederit sanctum suum corpusculum pro gloria christi, vti nam nihil fecisset aduersum voluntatem christi. Si enim christi gloriam sincere quesisset & eius plene voluntati se conformasset (ut communiter more loquar) non dixisset conuicia, non mendaciam scripsisset, non calumnias sycophantiasque tantas in theologos eructasset. Nonne mendacium apertum est dicere theologos occidere alios ob suas opiniones? Nonne & impudens calumnia est theologos impingere quod suas opiniones equant articulis fidei? Quinam precor sunt a theologis occisi? que inquam sunt ille opiniones quas theologos equant fidei articulis? cur non pferat iste calumniator aliquid eorum que generatim obijcit? ita enim callide percutit, ut nullus defensionis locus percussis relinquatur.

ita crimina obijcit ut dilui non possint quod expresse non prodantur. Porro alicubi taxans ipsos theologos in hunc modum ait. Nec veteris ac noui testamenti libros attingunt seruo, nec veteres doctores euoluunt ac ne decreta quidem pontificum aut Petrum lombardum, imo nec Scotum quidem ac Thomam, tantum cognatione dogmatum ac scolasticorum aliquid difficultatum, deinde nexibus certis ac suffugiis quibus vel irruunt aduersarium, vel elabuntur ipsi semet in strunt ad conflictationes illas solennes, nec interim querunt veritas sed victoria. Post iam pene detriti in hac palestra quidam canescentes conferunt sese ad legendos veteres, verum id parum feliciter, vel quia sero vel quia destituti bonis literis sine quibus illi non intelliguntur: quidam profus non attingunt existimantes indecorum si doctor incipiat discere, interim ille scholasticorum argutie progressu temporis paulatim elabuntur ut solent res tenues veluti suffit aut fumus, nec aliud dicere libet aut vacat. Audisti mi lector preclarum encomium quo theologos Erasmus, persecutus est theologos & ipse ut certe inquit. Nomen etenim theologos a celebribus (ut ait) academicis non semel delatum respuit, nec admodum volens tandem accepit id quod in academia non in celebri quod tamen non ei inuidit Adrianus pontifex. Dicit iam erasmus mihi nouus magister noster in achademia non in celebri sed in nominata sed nobis incognita sed in insulta que talem antitheologum admisit si tamen admisit. Quis unquam professor alicuius artis discipline vel status homines sue professionis ita vniuersum taxauit? quis totum cetum tam generaliter floccificat aliquando? Non est dubio peculiaris theologico nomine dignus qui theologos ita asperratur. Et quis nescit in oistatu conditione & gradu optimissima pessimis mixta esse: & tam stolidus est qui putat omnem statum esse despiciendum. At dicit forsitan Erasmus se malos dumtaxat vellicare, Si hoc intelligebat

10 20 21 22

aliter ei fuerat loquendum. Eius enim modus agendi in dedecus totius theologi ordinis redundat. Quæro nihilominus ex eo quos malos iustosque theologos nunc cupat: qui etiam sunt illi theologi qui nec Petrum quidem lombardum attingunt. Nōne illi omnes & soli qui temeritatibus erroribusque Erasimicis non applaudunt, sed viriliter obstantur ut decet: Ita prorsus conicio. Hi omnes sunt Erasimo Sutores. An academia illa non incelebris sed innominata nobisque incognita quæ ipsum admisit ut ait: alquos habeat magistros qui Petrum lombardum non attigerint. Quid item sibi vult hoc scribere di taxandique dedecus quo theologorum rationes res tenues suffitus fumosque vocat, aut certe eis comparat? Ergo ne tam parui sunt estimandæ rationes theologicæ, & pueriles literæ (quas iste solas videtur curare) adeo magnificandæ: Hæc verba non sunt vero theologo sed zoilo ac sycophanta seu mauiis antitheologo digna. Sed audi quæ temere taxat diffiniendi determinandique modum quæ theologi obseruare solent. Sic enim loquitur. Ad hæc tot reprehensionum tituli velut hoc minuit auctoritatem theologorum recentium, hoc aduersatur laudabili consuetudini, hoc redolet errorē vualdeñ. illud affine est hæresi pauperum de lugduno, illud sapit vuycleuicum, hoc nō abhorret ab articulis hussi, hoc respicit nescio quid lutheranū, ita sub omni lapide dormit scorpis. Hoc nouitate turbat ecclesiam. Hoc iam obsoletum non debet reuocari cum offendiculo magistorum. Hoc detrahit honoris sanctorū, hoc reuocat homines ab impertiendis elemosinis, hoc derogat auctoritati religiosorum. Ex hoc posset tale malum exoriri, de hoc fas non est disputare, hoc non debet taceri nec in medio relinqui. Quid obsecro dabis tam circūspecie scriptum quod non alicunde pateat calumnie si incidat in iudicem iniquum qui etiam rectissime dicta

deprauat. Imprimis querimus a magistro nostro repente factō quem sua academia non incelebris sed innominata modum seruet in propositionibus diffiniendis? Vellem dedisset modum, vellem ipse formam meliorem docuisset. Et quæ est maior arrogancia quam vnū theologastrum censuram suam præferre theologis omnibus qui sunt & fuerunt? Et adhuc miraris lector si vnum Sutorem taxet, qui taxare vult nō est totum cœtum theologorum? Sed vide quam pulchre queratur de reprehensione eorum quam & calumniam nominat. Licet ei biblia, doctores, expositores, theologicosque libros vellicare, & non licebit theologis errores quos in libris reperiunt reprehendere? Mera prorsus insanā. Et certe si gratus esset, plurimas agere gratias deberet theologis qui labores sumunt in examinandis eius libellis, & errores quos inueniunt ei sincere commonstrant. Hoc enim nomine gratias eis habui, egique nonnunquam, quod multos ex nostris libris vilitarūt quorum nonnulli iam in publicum exierunt. Et si quando aliquid fuit mutandum in melius, admonuerunt. At isti grammatiste qui negocia theologica tractare presumunt, in quibus nihil vel pene nihil intelligunt, molestè ferunt quod tot vicia suis in libris reprehendantur, verum irasci sibi debent, non theologis. Cur enim erroribus libros respargunt, imo cur presumunt argumenta tractare quæ minus norunt? Bene illo grecorum adagio precipitur, quam quisque norit artem in ea se exerceat. Quid plura? Non solum admonitiōes theologorum molesto fert animo sed etiam ipsis admonentibus detrahit & conuiciatur. Nec adhuc inquit quisque illorum respicit ut manifestissimam agnosceret calumniam ut insanie puderet de his quid aliud suspicari possum quam quod res ipsa loquitur eos aut mente commotos esse, aut odio liuoreque cecos fieri precipites,

quidam que laudarunt propitiū, carpūt offensi: & quod prius erat piū, fit hereticū verso pollice. Quidā fortiter damnant quod non legerint. Mox ne pudeat ob manifestariam calūniam, venantur alia que calūniatur. Ita consulunt theologico nomini. Vides mi lector vt theologos calūniatores, & mente commotos velliūdos vocet, & multis eos iniuriis afficiat. Quid aliud tibi videtur q̄ eum esse perpetuum hostem theologorū cuius exemplum pestiferum sectantes Erasmei nō cessant theologico nomini detrahere. Nō est nouū quod theologī hostes habeant. Antea enim quidam ecclesie proceres (de malis loquor) & leues mundialesq; homines theologos ipsos aspernabantur quod Iohānes geson satis offendit. At grammatici Rhetores & Philosophi nec ita audent nec tam frequenter hoc faciebant. Sed quid: Hoc tempore eos iuvenes arrogantissimi & aspernantur & criminantur. Nullum itaq; seculum tam infelix fuit quod haberet tātum gregem hyrcorū qui theologicum nomen tam audenter temere ac impudenter arroderē presumeret. hecine est doctrina quam iuvenes docentur a quibusdā vetulis grammaticis prorsus miseris ac deploratis. Deniq; non fuit cōentus Erasmus theologos seorsum vellicare nisi & in hoc albo poneret Senatores, vtrosq; enim simul taxat impudenter in epistola quam suę lacune presixit quod optimę constitutioni q̄ in hoc prodita fuerat ne quid excuderetur luteicę nisi tali academia talicę senatu dignū. Illuserint eamq; minime obseruarit vt qui permisierint excudi libros duos quorū noster vnus est. Et postea taxat eos iniusticie, dum ait. Si quis apparet ab sese depellere manifestam calūniam aut aliquid edere quod conducat publicis studiis, tum vigebit lex & vigilabit censura. Et fere fit vt in omni confessu plus valeat paucorū improbitas q̄ multorum equitas. Nec enim nouum est si

pars maior superat meliorem. Hic frequenter & minor & deterior superat maiorem ac meliorem & cetera que sequuntur. Et quis modeste ferat ab vno alienigena: tā arroganter temere & impudenter duos illos nobilissimos cetus theologorum senatorumq; parisiē, toto orbelacerari? Quis iam mirabitur si Sutorem taxet, qui audeat in tantos viros dentem acere? Nemo plane mirari debet. Magis autem mirandum erit si patres ipsi non curent suo honori consulere, & calūniatorem huiusmodi quāuis absterem, dignis afficere poenis. Scripta enim extant quibus diligenter visis equa censura ferri potest. Non igitur dissimulandum, nec surda aure clausisque oculis pertranseundum sicut optimi patres. Si vobis nulla de conuiciis ac sycophantiis in Sutorem tortis cura sit, ea tamen que in vos & alios dicta sunt, cordi esse debent. Adhibere igitur remedium, & id certe fieri decernite quod in hispania factum fuisse fertur. Ne tamē odio seu vindicta cōmoueri videar, non cōsulo vt Erasmei libri qui ad linguā latinam pertinet, tollantur de mediō sed poti⁹ vt feretur propter eos qui amantiores sunt lingue politioris. At ceteris eius scriptis temerariis prouidendum est, maxime vero versionī biblicę, & huic insanę apologię in qua etiam omnium artium professores generatim vellicare audeat. Ait enim alicubi, si lingue beneque literę admittantur, facile euanescent illa portentosa somniorum & inutiles labyrinthi quibus hactenus crudeliter excarnificarunt adolescentiam ij qui philosophiam qui grammaticam, qui dyalecticam, qui iuris vt riusque scientiam, qui medicinam, qui theologiam in scholis profitentur, quorum magna pars hoc agit nō vt quam plurimum proficiant discipuli, sed vt illos quam diutissime apud seremorentur docentes & inculcantes argutias & difficultates quales

ad nihil conducūt nisi vt simplex etas magis suspiciat doctores suo cōpendio seruietes. Nunquid hęc Eras mica loquendi licentia mirum in modū temeraria ipu ne ferenda est: Minime sane vtpote quę sit & omnib⁹ iniuria & rei quoq; publice multū tumultus allatura nisi viriliter propellatur. vult em̄ nō tātū senis linguam (quod dici solet) mutare, sed oīa quoq; noua efficere. Et qñ p̄cor vori cōposefficiet. Quomodo infinita theo logorū, iurifconsultorum, medicorū, philosophorūq; volumina antiqūā formā exeunt, & nouam assumēt? Quis tot poterit gignere latinifatores qui tantę mutationi faciendę sufficiant: Hęc potius derisione q̄leria reprehensione digna sunt. Et quomodo passim intelligētur discipline si cultiori altioriq; stylo fuerant, cum vix intelligi queāt quis plano rudiq; stylo traditę sint: Nō negauerim multis in libris multa esse quę mutatione digna sunt. At velle sic omnia immutare & vias quoq; nouas min⁹ vtilēs itroducere temerarium est, iam em̄ res ipsa docuit quantum commoditatis attulerit quidā nouus ac languidus philosophandi modus, quo philosophia sine disceptatione traditur. Hoc enim modo docētur iuuenes, nihil fere scire, deniq; qui verborū phaleris flosculisq; rhetoricis, & latinitate supra modum afficiuntur, vix altiores disciplinas ferio attingunt: & si attingunt, hoc parum discit̄, vix enim vnquam non dico summates, sed nec perite sufficienter euadūt. Sed de his iam satis. ¶ Subiticiamus tandē de religiosis probisque viris quibus etiā detrahit Erasmus. Et primum quidem ait se nescire quid sit status secularis, & nihilomin⁹ paucis interpolitis ait Sutorē magis nūc esse in mundo quam cum esset secularis scholasticus. En quomodo Eras mica dicta coherent. Deinde sic ait ipse Christus, omnes suos elegit e mundo, nec satis intelligo quos dicat religiosis, arbitror oēs christianos

esse religiosis. Ex his verbis Eras micis mi lector satis te intelligere puto, quam male de statu religioso sentiat. Dicas cum nuper e nubibus esse delapsū, & nullum vnquam vidisse religioso habitu indutum. Ita ne postquam religiosam deposuit vestem, etiā religiosi status cognitionem prorsus exigit, vt non intelligat qd sibi velit religiosus: Audiat ergo quidnam sit. Religiosus enim a relinquendo, vel religando dicitur. Qui igitur vitam communem (quam secularem dicunt) dimisit, peculiaremque habitum sumpsit, & modum, formam, seu regulam ab aliquo patre religionis peculiaris instituitur traditum sibi delegit, & demum tribus vobis, quę dicuntur essentialia sese obstruxit, ille proprie religiosus est. Qui vero communi regula christianorum contentus consilia euangelica non amplectitur & vestem non fert religiosam, ille secularis est, ne dicā mundialis. Latum enim discrimen est inter secularem & mundialem. Secularis status nihil per se mali cōplectitur. At mundialis vanus, & ineptus est. Mundanus enim ille dicitur, qui huius mundi voluptatibus, ac vitiis nimium est deditus. Itaque multū seculares mentem religiosam, siue piā habent. At mundiales minime. Quod igitur Erasmus arbitrat̄ur omnes christianos esse religiosos, verum opinatur: si latissime vocabulum ipsum sumatur. Si vero restricte (vt passim fieri solet) falsum putat. Idem quod monachum non mali generis contulit, cum bono coniugato: quis hęsitat eum de statu monastico perperam sentire: Nunquid ceteris paribus bonum coniugium est bono monachatu conferendum, siue equandum: insanum est hoc putare. Quando minora maioribus equantur, inferioris comparatio superioris iniuria est, vt diuus Hieronymus inquit. Si monachus non sit coniugio p̄ferendus, ergo

continentia siue cęlibatus non erit anteferendus casti-
tati coniugali. Si quidem monachus in se complecti-
tur cęlibatum. Et quis hoc ferat? At dicit Erasimus mo-
nachatum contuli cum bono coniugato non vt dam-
narem v̄itam monasticam, sed vt damnarem supercili-
um quibusdam pharisaicis monachis, qui sibi ob titu-
lum, v̄estem, ac cęremonias adeo placent, vt reliquos
sacerdotes, ac laicos pene pro ethnicis habeant. Nun-
quid obsecro detrahendum fuit veritati, vt vellicaretur
quorundam improbitas. Nunquid errores asserendi
fuerunt vt mali mores aliquorum reprobandentur? Mi-
nime quidem poterant enim mali mores sine veritatis
detrimento taxari. Caterum aliis vitiis, quę genera-
tim in monachos torquet impręsentiarum omiſſis
tantum nunc dicere mihi certum est de his, quę gar-
rit in meos cartusianos. Eos enim taxat & in fronte
& in calce suę lacunę. In fronte quidem sic ipsa so-
litudō, vitęque durior ratio nonnullos, quos sanos
quidem accepit, sed parum firmi cerebri reddit insa-
nos. Idem in calce quoque ait inter Cartusianos es-
se triplex hominum genus, vnum, quod vere medi-
tatur mortificationem carnis. Alterum, quod carnis
affectibus obnoxium est. Tertium, quod in cęremo-
niis constituit finem pietatis. Et rursus in extremo
folio, Hunc ad modum inquit, Nec dubito quin
sint inter cartusianos, qui talem magistrum nostrum
ordini suo gratulentur fortassis, & hunc addent ar-
bori gloriosę, qua solent Episcopos, Cardinales, ac
Theologos ordinis sui depingere. Ecce quibus pre-
gnis effert cartusianos Erasimus, cum tamen ab eis
nihil laesus sit: Si volebat vnum Sutores persequi,
quid caussam fuit quur generatim cartusianos imme-
ritos taxaret, & temere quidem taxaret? Inepta enim
sunt, quę impudenter effutit. Et primum quidem

falsum est, solitudinem Cartusianam de sanis redde-
re insanos. Si enim vnus, vel alter in tanto grege
reperitus est, qui in detrimentũ cerebri incidit, hoc
non est vitę cartusianę, sed partim complexionis, par-
tim peruersę temeritati imputandum. Non enim vi-
ta ipsa (quę admodũ discreta est) debet talis incommo-
di per se causa censi, sed potius cerebri debilitas tes-
meritati coniuncta.

Contingit enim aliquando, sed rarissime, non solum
in ipso ordine cartusiano, sed & etiam in omnibus
aliis viuendi modis quosdam esse parum firmo cere-
bro, qui nihilominus clancula, siue furtiua quędam
exercitia pręter alios peculiariter faciunt, cum ta-
men eis satis esse debet trita sectari v̄estigia, & inter-
dum illudente dęmone nihil horum cuiquam reue-
lant, interdum vero manifestant; sed antiquis ex-
pertis que patribus audire nolunt, itaque alienum con-
siliũ spernentes, & proprio superbe vitętes, paulatim
labuntur in cerebri corruptionem, cui nulla ipsius Aes-
culapii antydotia prodesse queunt

Hęc igitur detrimenta quando contingunt, non sunt
staturi religionis, vel etiam patribus ipsis impingenda,
sed peruersę temeritati potius, ac damnosę superbię
eorum, qui alienis consiliis acquiescere detrectant.

Qui enim vere, humiliter, obedienterque in religio-
ne vixerunt, & alienis consiliis paruerunt, nunquam
tale detrimentum incidisse leguntur.

Quod autem triplex genus Cartusianorum somniat
Erasimus viderit ipse quam prudenter agat.

Stultum enim est de his censuram agere, quę nescias.

At qui nihil capit Erasimus in negotio cartusiano.
Sed ponamus nonnullos Cartusianos carnis affecti-
bus nimis obnoxios esse. Nunquid debuit Erasimus
propterea Cartusianum gregẽ vellicare. Quis nescit

in quolibet statu et ordine malos bonis esse preemptos
 At non sunt propterea status ipsi conuellendi, sed
 male proficientes oburgandi; vt par est. Quanquam
 ii, qui voluptates carnis in ordine cartusiano expetūt,
 se ipsos satis pœna afficiūt; quippe qui non possunt ip-
 sas corporis consolatiunculas habere, quas cupiunt: &
 interim spiritalibus verisque consolationibus minime
 reficiuntur. Plane igitur miseri sunt, quibus potius cō-
 patiendum, quam detrahēdum videtur. Insuper cum
 ait Erasmus certum genus constituere finem pietatis
 in cœremoniis apertum, dicit mendacium, cum nullus
 cartusianus ita rudis sit, vt precipuum finem pietatis
 in cœremoniis constituat. Seruant fateor diligenter car-
 tusianicœremonias, vt deuotioni, conducentes, deuo-
 ta enim cœremoniārum obseruantia mentis deuotionē
 accendit. Deinde norunt se corpus a deo creatore acce-
 pisse; eam ob rem non solum mente; sed etiam corpore
 censent ipsi deo seruiendum esse. Omitto hic alias cœre-
 moniarum commoditates, de quibus affatim dixi in
 libro de vita cartusiana. Non igitur in eis finem pieta-
 tis constituunt cartusiani, sed eas complectuntur vt ins-
 trumenta; siue exercitia quædam religioni aptissima.
 Denique non satis intelligo quam arborem cartusianā
 somniat Erasmus, nisi forte eam, quæ in principio sta-
 tutorum cartusianorum impressa est, quæ sibi sita esse
 putatur, vt contemplatione eius accendantur intuen-
 tes cartusiani ad vestigia patrum sectanda, non autem
 ad inanem gloriam, seu ostentationem. Cuius rei argu-
 mentum apertum est, quod nolunt ipsi cartusiani sta-
 tuta sua cuiquam (qui de ordine eorum non sit) ostens-
 di. Sed qua ratione putat cartusianos esse addituros
 Sutorem illi arbori gloriosæ, in qua duntaxat illustres
 viri tantum depicti sunt, cum Sutor suos dedecorat
 cartusianos, & stultissimus quoque oīm bipedum sit

& arreptus in sextum gradum phreneseos, si credatur
 Erasmo. Nunquid talis vir talibus viris sociandus est?
 Vides (opinor) satis mi lector, quam sanū caput, quam
 sanam mentem vbiq; preferat Erasmus. Volebā hic tā-
 dem de probis doctisq; viris Læo, Latomo, & Stunica
 quibus in opologia detrahit Erasmus quicquā subne-
 ctere; sed propterea facere nolui quod viri ipsi non so-
 lum cœtatem habent, sed etiam doctrinam plurimam, eā
 ob rem pro seipsis loquantur & suas partes suumque
 honorem tueantur, si tamen Erasmus suis responsio-
 bus dignum existimēt. Sed iam satis tractatum esse pu-
 to de conuiciis; mēdaciis; calumniis; maledictisq; Eras-
 micis. Satis inquam offensum nihil ei credendum; sed
 a fermento eius prorsus cauendum esse. Eapropter ad
 argumentum principale accedendum est, in quo vt or-
 do seruetur & confusio Erasmica deuitetur: certum est
 mihi per lineas meas incidere, hoc est ordinem sectari
 quem secutus sum in libro de translatione bibliæ. Hoc
 enim modo consulitur vtilitati lectoris: itaque primis
 tus agere certum est, de euangelio Matthæi qua lingua
 scriptum sit. Deinde non nihil addam de translatione
 septuaginta interpretum; postea de translatione Hæro-
 nymi; rursum tractabo presertim an sit diuinitus effecta,
 postmodum excutiam an sit alia translatio, vel faciēda,
 vel desideranda. Insuper versionem Erasmicam specia-
 tim improbabo; & rationes quas pro se facit diluam ad
 hæc paululum aliquid tangam de translatione bibliæ in
 vernaculam linguam. Postremo de nonnullis subne-
 ctam, quæ a me obiter taxata fuerant, in quibus erat il-
 lud. In principio erat sermo. Hęc enim vbi fuerint ex-
 pedita, huic disceptationi finis imponetur.

SECUNDVS
TOMVS HVI VS LIBRI.

Capite octauo reprobatur opinio Erasmi, quoad euangelium matthei, & primum quidem nonnullis exhortationibus prælibatis modus loquendi Erasmi improbat, deinde ostenditur eum nihil auctoritatibus Hieronymi, nihilque rationibus, quas feceram respondisse, quod sit alicuius momenti: denique responsiones eius: ac dicta friuola cōfutatur: & qui busdam non ouis obiectionibus, quas interim facit, respondetur.



Primum igitur eorum, quæ pressabamus aggrediamur, & paucis referamus contentionem de euāgelio matthei excitatam. Dixerat Erasmus Matthæum non scripsisse hebraice aut certe si scripsit exemplar ab Hieronymo non fuisse visum. Et quanquā verbis non vteretur assertiuus, sed suspicari se diceret: magnam tamen tumultus, quem fecit satis indicat eum non tantum simplicem suspicionem habuisse. Ergo huiusmodi propositionem Erasmicam, quæ disiectiua est, vt temeraria, vt iniuria, vt falsam primo capite libri nostri de translatione biblicæ improbaui. Et primum quidem auctoritates in hoc citauit, deinde addidi rationes: postremo leues Erasmi suspensiones dilui. iam videndum est quam egregie sua tueatur Erasmus, & nostra refellat. Sed te primitus admonere velim mi lector quod commonui

ne putes me sectaturum Erasmicæ vestigia, quandoquidem ita consula sint: vt vel patientem lectorem tedio afficerent. Deinde si quando me videbis, vel ridicule, vel aspere refellentem Erasmicæ nugamenta boni consulas oro. Non enim potest citra quādam asperitatem disceptatio huiusmodi effici, præsertim cum mihi res sit cum grammatico dyalectice philosophiæ theologiæ que haud multum perito, qui tamē omnia tractare præsumit: sed ita misere, inepte, ac feliciter, vt nihil magis Non enim responder ad ea, quæ in eum adducta sunt: vt decet: sed aut conuiciatur, aut calumniatur, aut tergiverfatur, aut dissimulat, penitusque tacet, aut tergitem aliquod affert, aut demum quæ a me dicta sunt, arrodit, & sua relinquit. Hæc enim toto libro perpetuo facit. Sed iam ipsum argumentum adoriāmur, & Erasmicam disiectiuam excutiamus. Imprimis ille dyalectices signatus eam thema biceps nuncupat. Dicto enim velle concionari, cum tamen hic non sit locus concionandi: sed disceptandi. Sed cur oro propositionem illā bicipitem vocat: cum illa duo capita non habeat sed vnum duntaxat scilicet coniunctionem ipsam, quæ pars eius formalis: ac principalis est, a qua propositio ipsa disiectiua dicitur: Cum inquam propositio ipsa non sit propositio plures, vt logicorum terminis vtatur, sed vna propositio. Deinde eam facit variā: nam partem alteram, imprimis hypotheticam facit, vt fecerat in apologia contra Stronicam, inquiens. Si Matthæus scripsit hebraice exemplar ab Hieronymo visum non est, quod hic etiam facit: nam & hypotheticā hic eam efficit, efficit & catheticam dicens. Hieronymus non vidit quod mattheus scripsit. At nullum opinor discrimē inter catheticas, & hypotheticas propositiones facit, ita est in dyalectica detritus. Præfatum autem thesma, quoad vt transequi partē improbaui, vt factō opus fuit.

Non em̄ me latebat ad veritatem disiunctiue (quā iurif
 consulti alternatiue vocant) satis esse, vnam partem
 esse veram. Eam ob rem necessum esse ad eius destru-
 ctionem partes ambas periri debere: itaque ad primā
 partem (que potior est) improbandam, Hieronymum,
 Augustinum, Chrysoctomum & Eusebium citavi. Cita-
 ui inquam octo locos ex Hieronymo: & quatuor ex Eu-
 sebio. Iam videamus quid tantis auctoritatibus respon-
 deat. Nihil Hieronymi sententis in hac parte respōdet
 Et qui facere posset, cum luculenter Hieronymus ipse
 asserat multis in locis Mattheum non modo literis he-
 braicis: sed hebraice hebreoque sermone suum euāge-
 lium scripsisse. Ad Augustinum vero Chrysoctomū &
 Origenem respondēs dicit eos dubitasse, quod eorum
 verba declarant (vt ait). Verum hec responsio prorsus
 inepta est, cum verba eorum nihil dubietatis habeant.
 Sic enim ait Augustinus, Mattheus hebræo scripsisse
 perhibetur eloquio. Nunquid hoc est dubitantis: imo
 sic interpretari Augustinum est hominis desipientis.
 Chrysoctomus quoque sic habet, Mattheus hebreo di-
 citur euāgeliiū conscripsisse sermone: nunquid & hoc
 hesitantis est: Minime sane: sed communi sententię cō-
 sentis. Origenes, quem refert Eusebius etiam hoc mo-
 do dicit. Ita tradiderunt patres: quia primi omnium &
 cætera. Nunquid qui ita loquitur dubitat: ridiculum.
 Alioqui is, qui diceret sic tradidit tullius, sic tradidit
 Quintilianus, hæsitaret. Non igitur auctores dubita-
 runt vt tradit Erasmus: sed communi sententię accesser-
 runt. Qui secus interpretatur: palam ostendit se theo-
 gicis in rebus nihil intelligere. Longe enim aliter lo-
 quuntur doctores quando hæsitant. Denique nihil re-
 spondet Eusebio, qui asserit Mattheum patria lingua
 scripsisse. Atq; Eusebio credendum est in hystoria nisi as-
 perte probari possit eum hallucinatum fuisse, quod in

hoc loco minime fieri potest. Sed iam venio ad alteram
 disiunctiue partem quam Erasmus conditionalem pri-
 mum in apologia cōtra Strumicam fecerat. Eius verba
 referam ne mihi fides derogetur. Aliquoties (iquit) ad-
 monueram mihi nō videri Mattheum euāgeliiū suum
 scripsisse hebraice, aut si scripsit ab Hieronymo nō fuisse
 se visum, id non assero quidem, sed aio mihi videri pro-
 babilius. Hactenus ex Erasmo qui alteram disiunctiue
 partem vt dixi, fecerat conditionalem quam satis impro-
 baui si aduertere voluisset Erasmus. Citavi enim Hie-
 ronymum in libro de vitis illustribus palā asseuerantē
 Mattheum euāgelium christi hebreis literis verbisq;
 composuisse, & hebraicū ipsum ea adhuc etate seruātū
 in celsariensi bibliotheca, & demum facultatem siue co-
 piam eius describendi sibi a nazareis factā fuisse. Non-
 ne hec probatio satis est etiam ad totum nostri concio-
 natoris thema funditus improbandū: Nonne grauis si-
 deliq; Hieronymo palā asseueranti se vidisse credendū
 est: Si in his que asseuerat ipse cuiq; hesitare liceat, quid
 precor vel soliditatis vel auctoritatis eius scriptis mane-
 bit: Si liceat inquam aliquod probabilius propter leues
 coniecturas putare, q̄ qd̄ sancti doctores asseuerarunt,
 quid in libris eorū manebit de quo dubitare nō liceat:
 det certam nobis regulā Erasmus quando licebit hesita-
 re. Nonne quādo fortiter quicq; doctores asseuerant:
 Plane ridiculū. Et quāq; eorum sententię non sunt tan-
 te auctoritatis ac pōderis vt sacrarū literarū, temerariū
 tamen penitus est ab eis dissentire, nisi vel potior aucto-
 ritas vel ratio certissima hoc facere impellat. Itaq; nō est
 ab eorū placitis propter leues cōiecturas abscedendū.
 Quod tamen fecit Erasmus in hac parte. Eapropter eius
 temeritatē non temere vellicauī, qui non solū dixit pro-
 babile sed etiā probabilius, quod nec pbabile quidē di-
 cere nec hesitare quoq; deberat. Non em̄ theologicis

in negocijs presertim que valde seria sunt, ea dumtaxat carpi debent que heretica sunt & impia, sed etiam que falsa, temeraria, scadalosa, piarumque aurium offensiuā. Itaque presfatam disunctiuam Erasmicam vt falsam, temerariam, scandalosam, & sanctis iniuriam taxauī. Adde nunci ex Hieronymo non satis improbata esset altera pars disunctiuę Erasmicę, tamen perse falsa est, vt pote que sit vna condicionalis, cuius antecedens potest esse verum sine consequente. Omnis autem condicionalis huius generis, pro sententia logicorum falsa est. Quapropter non fuit opus admodum incumbere huius partis reprobationi. Si quidem in omni condicionali illatiua, cuiusmodi est illa Erasmica, talis debet esse habitudo antecedentis ad consequens vt oppositum consequentis non possit cum antecedente stare, alioqui propositio talis plane falsa est. Non fuit igitur magnopere laborandum in reprobatione propositionis Erasmicę quam perse falsam esse constat. Quod autem ait duas partes disunctiuę se proposuisse, non intelligit quid loquatur. Latum enim est discrimen inter disunctiuam & disunctiuę, & ita quidem latum vt propositiones que in vno sensu verę sunt, nonnunquam in altero sunt falsę, quod & contingit in his terminis copulatiuę & copulatiuę. Eam ob rem solent periti dyalectici tales propositiones diligēter distinguere, presertim quādo cōiunctiones ita ponūt vt queāt inter terminos vel propositiones cōiungere, & sensum vel disunctiuam vel disunctiuam efficere. In propositione autē Erasmica non potest cōiunctio ipsa capi nisi disunctiuę. Insuper q̄ ait melo ca illa in quibus sit mentio euāgelij hebraicis literis scripti, torqueare ad hoc vt doceam Hieronymū vidisse cōdicem hebraicis verbis scriptum, falsum est. Nihil enim

torqueo sed aperte directęq; probō Mattheum hebraice scripsisse, & interprobandum luculenter doceo Hieronymum vidisse hebraicum ipsum, quemadmodum etiam dictis aperte liquet, nec opus fuit hoc multoties repetere quod non sit tanti momenti, vt prima pars disunctiuę Erasmicę quam vt potiorē vberius probandam curauī. Non ergo dicat Erasmus hic Sutorē dormitasse, cum vigilanter vt r̄que partem tematis Erasmi improbarit, & totam eius ratiocinationem destruxerit. Itaque potius dicat ac profiteatur se tum turpiter errasse, tum nihil respōdisse quod certe sit alicuius momenti. Nititur tamen calumniari quod refert Hieronymus in de viris illustribus de euāgelio q̄ Pātenus alexandriam detulit, & contendit nō fuisse vere Matthei, sed dictum ab Eusebio & Hieronymo fuisse Matthei, quia hoc titulo ferebatur, quia sic plerique credebant. At hec calumnia ineptissima est. Imprimis quis titulus fuit illo tempore sub nomine Matthei, nisi fuisset vere Matthei. Certe cum res tunc temporis recens esset, contra dictum fuisset titulus fuisse e mentibus. Item cum Eusebius & Hieronymus absolute sine nota dubitationis loquantur, ridiculum est talem facere interpretationem qualem facit Erasmus. Eodem enim modo quę dicuntur esse alicuius, dicerentur non esse vere eius sed quia ita putatur. At dicit aduersarius, euāgelium nazarorum distinguitur ab Hieronymo ab eo quod hebraice scripsit Mattheus pro hoc quod illud apocryphum literis hebraicis scriptum dicitur, Matthei vero euāgelium dicitur ab eo scriptum hebraice, siue sermone hebraico. Igitur Hieronymus non sentit illud quod a Pantheno fuit Alexandriam delatum, vnde refuisse Matthei. Rōdetur Hieronymum ipsum cū loquitur de euāgelio Matthei nihil dicere aliud quam

quod erat scriptum hebraicis literis, nec mentionē in
terdū facit de sermōe seu verbis hebraicis, vt patet qua
dam epistola ad damasum. Itaq; ex hoc modo loquēdi
non potest confici quī euangelium a Pantheno delatū
alexandriam nō fuerit vere Matthēi. Quod autem ait
potuisse breuius dici hebraice scriptū, q̄ hebraicis scrip-
tum literis, doceat Hieronymum loqui latine. Ceter-
rum quo ad rationes per me factas nihil pene respon-
det quasi vero ad eum non pertineant. Tantum garrir
nihilque ait quod sit alicuius momenti, dixeram enim
in ipsis rationibus si liceret citra rationabilem causam
de sanctorum patrum assertionibus hesitare nihil ma-
neret in eis quod alicuius esset soliditatis sed vacillan-
tes ac suspecte redderentur, hoc elidere nititur ipse
Erasmus, sed inepte. Et imprimis cum ait, tam multa res
iecta sunt que tradit Eusebius, & tamen constat huma-
nis hystoriis sua fides. Nō intelligit Erasmus ipse quid
loquatur. Non enim absolute dixi illicitum semper esse
dubitare, sed dixi citra causam rationabilem hesitare de
dictis probatorum doctorum non licere. Quod igitur
Eusebius aliquando reijciatur, hoc facit potior aucto-
ritas vel ratio, que id facere impellit. Nisi qui non est
de hystoria eius addubitandum. Ergo verum est quod
dixi, si sine causa iusta liceret in hoc dubitare, oīa indu-
bitū profecto vocarent, vel de regulā Erasmus si liceat
sine cā rōnabili de sententijs auctorū antiquorū hesita-
re, quomō i eis remanebit quicq; solide auctoritatis: De
de quod ait theologos a dogmatibus veterum plusq;
sexcentis locis dissidere, falsum est, cum nec i vno quō-
dem loco dissideant, nisi causa rationabili suggerente;
imo aut interpretantur, aut distinguunt, aut aliter eos
saluant quantū pro ratione fieri potest. Et si forte vnus
aut aliter sine causa a vetustis dissentiat, non fuit pro-
pterea totus ordo theologorū ita generatim taxandus,

vt facit Erasmus qui de vetustis ac recentibus loquitur
theologis qui neutros vidit, certe parum eos intellexit
Quomodo igitur asserit eos mutuo dissentire? Porro
quod ait se nihil pronunciaſſe aduersus sententiā Hie-
ronymi, sed tantum indicasse suspicionem suam. Satis
ei responsum est. Non enim vellicauit quia asseruisset
sed quia leuiter ac temere suspicatus fuisset, & putasset
probabile, quod probabile non est. Temerarie enim su-
spiciones etiam arguendę sunt, quamuis non eque vt
temerarie assertiones taxandę tamen sunt, presertim
que vergunt in detrimentum rei christianę & ad nihil
conducunt. Denique quod ait me fortiter pronuncia-
re aduersus sententiā Hieronymi, et in multis dicere
eum allucinatum fuisse, & secum dicere pugnantia, nec
magnificēda que scripsit iuuenis. Miror cur non pu-
det eum talia cōfingere. Hęc enim omnia somnia sunt,
& lycophantię plusquam hystrionice que ridendę sunt
ac floccificandę potius quā referendę, liber ipse meus
docet quam tribuam Hieronymo, quanto scque labores
sumpsim pro eius honore tuendo. Hęc ergo ridicula
sunt quemadmodum & alia nonnulla que hic effudit.
Et profecto mirum cur mihi Erasmus impingit quod
ipse facit qui detrahit Hieronymi & auctoritati, & ho-
nori vt iam satis ex superioribus liquet.

¶ Sed iam ad leues coniecturas quas ab Erasmo leuiter
factas dilueram, accedendum est diligenterque expen-
dendum quam inepte suas tueatur partes, & nouas ri-
xas temere addat, quam inepte inquam hęc tractet,
quippe qui nec meas lineas sequatur, nec suas quoque
quas in apologia contra Strunicam sectatus fuerat, sed
de gallo saltans in asinum omnia confundit, quod pro-
fecto negocium mihi longe difficilius fuit quā respon-
sio ipsa. Sequar igitur ordinem pristinum, ne facillam
lectori negocium. Primū igitur fuerat Erasmus suspi-

n. iij.



catus Mattheum non scripsisse hebraice ob contumaciam styli inter Mattheum & Marcum. Ad hoc dissolui dicens non esse verisimile stylum hebraicum cum greco consentire. Respondet Erasmus se non de vocibus sensisse, sed magis de figuris, tropis, & sermonis idiomatibus, digna scilicet Erasmi responsio. Nonne stylus figuras tropos & idiomata complectitur? Nisi dicat Erasmus etiam somnia fantasmatique complexi, hoc est euadere, non decenter respondere. Sed alteram Erasmi ratiunculam afferamus, dicit ipse neminem esse qui testetur se vllum hebraici euangelij a Mattheo editi vidisse vestigium, respondi hoc falsum esse. Nam & Hieronymus aperte testatur se vidisse. Deinde respondi consequitum nullius esse momenti. Nunc exigit vt alium proferam testem cum Hieronymo, quasi vero hesitandum sit in hac parte quod Hieronymus asseruit. Enimvero si de hoc dicatur rationabiliter dubitari posse, eodem modo hesitandum pene erit de omnibus que asseruerat Hieronymus. Hesitandum inquam quum narrat quomodo a roma discesserit vt varias in solitudine tentationes habuerit, vt ad tribunal Christi grauius fuerit cesus, quod Ciceronianus esset, quomodo patres in desertis egypti commorantes viderit, hec igitur & alia id genus in dubium reuocanda erunt si liceat in hoc negotio dubitare, in quo nulla rationabilis causa dubitandi habetur. Sed arguitur Erasmus, non vidit Origenes hebraicum Matthei exemplar. Non vidit etiam Eusebius qui libro tertio hystorie ecclesiastice capite vicesimo quarto (vt ait) meminit euangelij secundum hebreos cum alterius non meminerit. Respondetur hoc argumenti genus ineptum esse. Non enim consequitur si Origenes non vidit propterea Hieronymum non vidisse. Deinde qui scit Erasmi si Origenes non vidit

Non enim sequitur, Origenes non commemorat se vidisse, igitur non vidit, hec enim consequentia ineptissima est. Eodem modo responderetur de Eusebio.

Non enim sequitur si Eusebius non dicat se vidisse hebraicum Matthei euangelium, propterea nunquam extitisse. At dicit cum Eusebius & Hieronymus testatur alterum sibi conspectum ac descriptum, probabilis est coniectura Mattheum hebraicum non extitisse. Respondetur id falsum esse, quia vt dictum est Hieronymus testatur vtrumque se vidisse. Item consensuum nullius est momenti. Locum enim ab auctoritate non valet negatiue. Denique leuem Erasmi coniecturam destruunt funditus auctoritates patrum, que constanter asseruerant sine vlla hesitatione Mattheum hebraice scripsisse. Contra que testimonia tam solida tamque aperta non sunt recipiende leues coniecture. Nec enim iuris periti eas vniquam admitterent. Illud vero ridiculum quod Erasmus requirit testem oculatum, nonne oculatus erat Hieronymus? An sine oculis vidit ipsum hebraicum quod a nazareis acceperat describendum? Et si nunc aliquem requirat oculatum, magis ridiculum. Quis enim potest nunc dicere se doctorum originalia vidisse? Hec igitur ridicula sunt, quemadmodum & alia nonnulla que hic effuit Erasmus ipse. Ait enim se citasse contra Stunicam Eusebium libro tertio hystorie ecclesiastice capite vigesimo quarto, cum tamen caput ibi nullum citarit.

Deinde me reprehendit quod male citem, & de capite vigesimo quarto, faciam vigesimum quintum indiligentius numerans aliena capita quam mea.

At stulta est hec reprehensio Erasmi, cum Eusebius de euangelio Matthei agat capite vigesimo quinto, non capite vigesimo quarto. Siquidem capite vigesimo quarto agit de euangelio Ioannis, & ordine euangeliorum,

vt res ipsa loquitur, nisi meus liber me fallat. Magis tamen suspicor bonam computationem imposuisse Erasmo quam librū ipsum qui habet vt citauit. Sed ad tertiam suspicionem Erasmicam accedamus, si enim argutus est. Si diuus Hieronymus præter nazareorū euangelium aliud habebat quod esset Matthei, cur fere nunquam citat ex eo testimonia, sed ex altero frequenter faciat, cum tamen toties incidat vt vehementer sit opus hebraici euangelii præsidio: Huic obiectioni respondit hieronymum citasse ex euangelio Matthei hebraico quando opus fuit, quando enim nihil vel scrupuli vel cause erat, cur ad hebraicum exemplar confugisset: Hanc responsionem nititur Erasmus eludere, & quinque locos citat ex Mattheo scilicet ex capite duodecimo vnum, ex capite.iii, duos, ex. v. alium, & rursus ex capite. ii. alium. Si enim pulchrum seruat ordinē Erasmus ipse. Cur precor non citauit in primis ex secundo capite tres locos illos. Deinde ex quinto, & postremo ex duodecimo vt ordo poscebat, sic cuncte sapiens Salomon ordinatim sua negocia tractat, qui confusionē ordinis alius impingit: Ex locis autē ab eo citatis vt probare Hieronymū non habuisse euangelium gnesiū sic scilicet argumentando de primo loco. Cum tātus nodus incideret in euangelio Matthei, quumque Hieronymus testetur se tortum hoc scrupulo, nec tamen confugiatur ad exemplar illud a Mattheo traditum, nonne satis fatetur sibi non fuisse codicem illum, ac ne exemplar quidem ex eo castigatum: Hoc argumento sibi videtur Erasmus triumphum ex Sutore referre. Ex aliis locis idem facit argumentum, scilicet cum in tantis angustiis ac scrupulis esset hieronymus, & opus esset exemplar hebraicum citare si certe, vllum ex tabat, nec tamen meminerit illius, sed frequenter alterius secundum nazareos fatendum est Hiero-

nymum illud exemplar non habuisse. Huic insolubili obiectioni respondendum est, & id quidem multasiam, vt intelligat Erasmus probationē suam plus quam nugalem esse. Et primum quidem dicendū Erasmus ipsum rattunculam siue coniecturam suam veluti cramben recoctam nobis rursus ingerere pro nostre responsionis dilutione. At quid impudentius, quidue indoctius est quā pro confutatione responsionis aduersæ, suā rursus adferre argumētationē: Adducit (fateor) locos aliquot ex Mattheo, quos nō ita speciatim antea citauerat, sed hoc nihil auget difficultatē, cum solutio vnius satis sit omnibus diluēdis. Idem enim est in omnibus arguendi modus. Deinde falso & impudenter asserit Erasmus in locis illis, quos citat ex Mattheo Hieronymum testari se tortū fuisse, vel aliquid scrupuli, seu angustie habuisse. Non enim penitus hoc dicit Hieronymus, sed commētum Erasmicum est. Etenim primū locū, quē iste citat ex Matthei duodecimo capite Hieronymus ipse tractans in commentariis super Esaiaem capitulo quadragesimo secundo, remittit ad commentarios suos in Mattheum, & ad librum, quem ad Algasiam scripserat. In commentariis autem Matthei pauca admodū dicit, in quibus nulla prorsus mentio vel scrupuli, vel angustie sit, nec vilo modo se, vel angustia affectum, vel tortum dicit, sed plane, simpliciter, ac breuiter exponit. Vide mi lector obsecro locum, & statim deprehendes apertissimum Erasmi comentum in libro vero ad Algasiam latius rem prosequitur ipse Hieronymus nullum tamen scrupulum, vel angustiam se pati vilo modo dicit. Etenim pro responsione questionis sibi factæ & expositione loci, de quo sermo erat. Imprimis recitat quod Mattheus de Esaia assumit. Deinde citat translationem septuaginta interpretum, postea subdit, quod ex hebreo ipse vertit, & Esaie quadragesimo

secundo capite habetur in biblia ecclesiastica. Denique sine vlla contentione, sine scrupulo, sine angustia dicit quod sentit. Ait enim Matthæum euangelitam nec veteris interpretationis auctoritate cōstrictum fuisse, nec dimississe hebraicum, sed ea gentibus predicasse quæ in hebræo legerat, & nihilominus non verba, sed sensum potius fuisse secutum, quod & alii apostoli fecerūt. En contentio, en scrupulus, en angustia Hieronymi.

Quapropter mirum mihi est, quo pacto tam apertum tamque impudens mendacium, vel somnium audeat Erasmus proferre. Non est opus alios locos ab eo citatos producere. Si quidem per te ipsum videre poteris mi lector in locis illis, ab aduersario citatis, Hieronymū ipsum breuiter, plane, ac expedite sine vllis scrupulis, vel ambagibus explanare. Quasi forte igitur audeat iste Erasmus dicere Hieronymum tortum, angustiatum quæ fuisse, & in hoc nullum non mouisse lapidem? Et quomodo tantum tumultum facere potuisset in paucissimis verbis, quæ in locis illis pro explanatione ponit? Denique vt alia responsio addatur, non fuit necessum in locis ab aduersario citatis Hieronymum ad exemplar hebraicū confugere, quod in primis non patiebatur, in eis Hieronymus ipse vel scrupulos, vel angustias, vt satis diximus, & nihilominus probariali unde potest. Si enim tātis angustis affectus fuisset (vt somniat aduersarius) profecto confugisset ad euangelium nazæariorum, vt facere solebat. At vero ad ipsum non cōfugit præfatis in locis, vt res ipsa indicat. Deinde cum aliquibus in locis confugiat ad hebraicū Matthæi euangelium quur idem non fecisset in locis ab Erasmo citatis, si opus esse vidisset? Postremo nihil eum impellebat cōfugere ad hebraicum exemplar. Non enim hoc exigebat obscuritas euangelii, quoniam ex hebraico elucidare non potuisset, euangelicas difficultates. Nec

dubietas translationis flagitabat quod non fuerat mota quaestio, an sic vel sic dixisset Matthæus. Qui enim Hieronymū interrogabant, non sciscitabantur, an euāgelium Matthæi nomine titulum esset eius, sed duo passim ab eo querebantur. Primum, quur Matthæus ceterique euangelistæ testimonia de veteri testamento citantes, nec septuaginta interpretes, nec ipsum quoque hebraicum, quantum certe ad verba pertinet, protulissent? Alterum quomodo accipiendi forent loci quidam in ipsis euāgelistis obscuri? Hæc inquam duo quæ rebatur passim ab ipso Hieronymo. At qui nihil primo modo dissoluendo profuisset hebraicum euangelium. Nec secundo quoque, præsertim in locis ab Erasmo citatis. Et certe si fuisset opus Hieronymus ipse diligenter confugisset. Sed obscuro qui scit Erasmus, an consuluerit ipsum hebraicum? Nunquid consequens est si Hieronymus non meminit, propterea non vidisset? At non est (inquit) tam supinus Hieronymus, quin meminisset si vidisset. Pulchrū scilicet somniū Erasmi cū, quasi vero oportuerit Hieronymum semper scribere quos libros in dubiis consuluerit, hoc enim dicere ridiculum est. Et nihilominus cum dixit se voluminem illud descripsisse, satis innuit se fuisse vsum illo, quādo opus & ocium fuit. Quid enim vir ipse prudentissimus scripsisset nisi vt eouerteretur quando esset, vel oportuū, vel ocium?

¶ Denique cum opus fuit, meminit satis se ad illud exemplar confugisse. Nam & aliquibus in locis huius rei meminit. Eat nunc & clamet Erasmus diuum Hieronymum minime confugisse ad ipsum exemplar hebraicum quoties opus fuit.

¶ Sed fingamus Hieronymum ipsum exponēdo Matthæum non confugisse ad ipsum exemplar hebraicum quid mirandū vsq; adeo? Breuitas enim temporis non permisit & forte nō cōfugit, illos enī cōmētarios, quos

ipse commentariolos vocat, diebus paucis absoluit. Ea de re non mirum si ei non fuerit oportuna in voluendo codice hebraico multum versari. At dices Hieronymum ipsum confugisse ad euangelium nazareorum? Siquidem ipsum citat in commentariis illis. Igitur temporis breuitas non fecit quin confugisset ad exemplar illud germanum si habuisset. Respondetur Hieronymum potuisse ex euangelio nazareorum sine labore, imo forsan sine codicis inspectione quicquam citare, quod adhuc memoriam habebat recentem eorum, quæ ibi continebantur. Siquidem paulo ante quam commentaretur Matthæum, euangelium illud traduxerat, ut testatur in ipsis commentariis, capite duodecimo. Ideo facillimum illi fuit ex illo euangelio apocrypho quicquam citare. At non ita de euangelio Matthæi hebraico, quod longo ante tempore descripserat, nec traduxerat. Denique siue Hieronymus confugerit ad ipsum hebraicum, siue non, in locis ab Erasmo citatis non potest tamen sane dici, quin Matthæus hebraice scripserit, quin & Hieronymus hebraicum ipsum viderit. Nonne plus credendum est Hieronymo fideliter asserenti, quam Erasmo temere oppositum suspicanti? Igitur Matthæus hebraice scripsit, cuius & hebraicum vidit ipse Hieronymus, eo que usus est, quando ei commodum visum est, vel per ocium licuit. Dicere autem euangelium nazareorum, quod apocryphum erat ab Hieronymo vocatum fuisse Matthæi stultissimum est. Nunquam enim adeo desipuit Hieronymus, ut tantam notam sancto euangelista impingeret.

¶ Sed accedendum est ad aliam coniecturam Erasmi. Rogauerat Erasmus, quur Hieronymus vertisset euangelium nazareorum apocryphum in græcam linguam: & non hebraicum Matthæi euangelium? Respondi eū vertisse euangelium nazareorum quod necdū

versum esset, hebraicum autem Matthæi vertere minime curauit, quod iam satis versum foret in græcam linguam. Hac responsione non est contentus Erasmus, & tamen nihil probationis affert, sed tantum garrir, nihilque probat. De euangelio autem Matthæi latino alia difficultas est. An scilicet Hieronymus Matthæum traduxit in linguam latinam: vel castigari solus, de qua affatim diximus cum de translatione noui testamenti egimus, dicturi nihilominus quicquam vbi locus est laetitabit. Quod autem dicit Erasmus seruandum fuisse exemplar hebraicum, ut ex eo græci, latinique codices si contingeret, vicarij corrigerentur. Respondetur si non est seruatum, non esse imputandum Hieronymo cui post supremam fata non incubuit cura seruandi. Addo cū euangelium latinum satis certum sit, parum conduceret hebraicum, si haberetur. Magis autem curandum ut latinicodices non vicientur, & si contingat vitari, ad exemplaria vera sed latina fideliter emendentur. At sciscitatur Erasmus, quur apocryphum seruatum est: Me lateran illud seruatum sit, & nihilominus ea, quæ mala, vel deteriora sunt, interdum maiorique cure solent esse, quã utiliora. Eapropter diligentius seruari assueuerunt. Quod autem sciscitatur quur extinctis reliquis euangelis, sola quatuor super sunt? Respondetur deum suę ita consuluisset ecclesię, qui propter eius salutem illa tantum quatuor tradidit, cetera vero voluit intercidere, ne grægem christianam inficerent, cum quibus utinam alia multa perissent. Hoc autem loco non possum non admirari temeritatem Erasmi, qui presumit sacrum Hieronymum taxare: taxat enim eum ostentationis, hoc dicens modo. Et Hieronymus solet libenter ostentare si quid nactus esset nouarum opum, qui toties infulcit euangelium nazareorum. Et iterum eum taxat, quod dixerit. Mihi videtur euangelista matthæum non rã

vespere dixisse quam sero, Si Hieronymus (inquit) habebat exemplar, quur dicit videtur? Si hebraica vox pariter anceps est, vnde sumit illud videtur? Si non est, quur non pronunciat ex fonte, quod verum est? Ecce quomodo taxat sacrum virum, & tamē mihi impingit (sed temere) quod ipsi Hieronymo detrahā. Sed qd mirum si Hieronymum taxet, cum etiam bibliam ecclesiasticam arguet dicēs, prophetiā hieremię haberi mutillam in nostra translatione, matthęi secūdo. Vox in rama audita est ploratus & ululatus multus, cū & apud hebręos (vt ait) & apud septuagita interpretes tria sint verba, lamentatio, fletus, & luctus. At si legisset, & itellexisset quod ait Hieronymus in libro ad algasiam, quę stione secūda, non hanc fecisset calūniām biblię latine. Sic enī ait Hieronymus. Rursūq; quod apud hebręos & in lege eius sperabunt insulę matthęus sensū potius quam verba interpretans, pro lege & insulis nomē posuit & gentes. Et hoc nō solum in presenti loco, sed vbi cunq; de veteri testamēto euangeliste, & apostoli testimonia protulerunt, diligentius obseruādum est, nō eos verba secutos esse, sed sensum. Et vbi septuaginta interpretes ab hebraico discrepant, hebręum sensum suis expressisse sermonibus. Si igitur hęc Hieronymi verba non oscitanter voluisset Erasmus non ita temere communem vellcasset translationem. Si quidē matthęus sensum secutus est, & duobus illis verbis ploratus, & ululatus tantum, vel plus expressit quam alii tribus illis verbis, lamentatio, fletus, & luctus, vt constat. Cum igitur hoc calleret Hieronymus, non fuit cur hebraicum exemplar in hoc, & aliis locis cōsulere debuerit. Nihil enim fuit necesse. Sed pergo ad aliud. Si enim vellem in vno quoque verbo Erasimico cōtendere, nullus rixę finis esset. Quęsierat Erasmus cum frequenter Hieronymus depromat testimonia ex euāgelio nazaręorum,

cur non multo frequentius depromat ex altero: Huic quęstioni parum respondi quod ad rem nihil fere pertineret. Dixi tamen Hieronymum vtroque volumine vsum fuisse & testimonia ex vtroque protulisse, quando sibi ita visum est. Erasmus refert me dixisse hoc ab Hieronymo esse factum, vt apocryphum euangelium traduceret. At hoc non dixi, quod imponit Erasmus, sed nec cogitavi quidem. Liber meus extat, qui hoc testari potest. Satis demiror, qua fronte au det nugamenta tam aperte falsa depromere. Dari tamen potest Erasmo responsio quur scilicet Hieronymus toties meminerit euangelii nazaręorum, præsertim in commentariis Matthęi. Nempe quod paulo ante verterat (vt dixi) & propterea tam recentem habebat memoriām, vt sine labore, imo forsan sine codicis inspectione posset quod volebat ex eo citare. Non sic autem potuit in altero volumine, & forte quando citabat ex euangelio apocrypho, non habebat Matthęi euangelium, forsitan alicui commoda uerat, vel etiam ad manum tunc non habebat, & necessitas, seu temporis breuitas non sinebat tot libros cōsulere. Vnde & Augustinus scribēs Hieronymo & volens ex codice per Hieronymū ipsum traducto aliquid depromere, non fecit, quia ad manum non habebat. Aliquid inde (inquit) exempli gratia volui ponere sed mihi ad horā codex defuit, qui ex hebręo est. Hoc igitur Hieronymo etiam contingere potuit.

¶ Sed nouissimum Erasmi suspicionem subnectamus. Quęsierat Erasmus, quid venit in mentem Matthęo scribere hebraice, cum hebręi loquerentur caldaice, & Christus quoque caldaice fuisset locutus? Dedi responsionem, quam non improbat ipse Erasmus, qui & decenter non respondet auctoritatibus, quibus probaui linguam hebraicam fuisse in vsu

tempore christi, & apostolorum, & rationes quoq; ad idem adductas prorsus intactas dimittit. Verum quosdam loco non oportuno quædam inferit de lingua hebraica me taxās, quod tota disputatione tumultuer ex amphibologia lingue hebraicę, quę apud veteres (inquit) non nunquam significat eam, qua Syri vtebatur ex chaldaico hebręo atque etiā latino (vt videtur) mixta. Nonnunquam eam linguam, qua vteris instrumentilibri proditi sunt linguam hebraicam, hoc est corruptam illam & permixtam intelligebat vulgus, qua locutus est dominus & apostoli. Ea lingua scriptus erat titulus, ea lingua Paulus in actibus loquebatur populo. Sic igitur per hanc distinctionem nititur Erasmus eludere quę obieceram de lingua hebraica. Verum, vt audisti mi lector somnium Erasmi cum: audi precor cōfutationem eius. Imprimis, quis probatus auctor dixit vnquam linguam hebraicam significare linguam nō solum corruptam, sed etiam ex diuersis permixtam? Deinde cum lingua hebraica maxime distet a lingua latina, quomodo potuit ex eis fieri sermo mixtus, quo etiam vulgus vteretur? Porro ea facilitate, vel potius fatuitate diceretur linguam gręcā, & similiter latinā, quibus scriptus fuit titulus cruci affixus, mixtas fuisse. Item quomodo tres lingue principales, scilicet hebręa gręca, & latina fuerunt consecrata, & probata in titulo crucis christi (vt dicitur linguarum amatores) si lingua hebraica non fuit cum aliis in ipso titulo posita sed duntaxat quędam lingua corrupta, & permixta? Videt ne Erasmus quantum detrahat suis linguis, quas alibi tam vehementer defendit & effert: Non timet ne si bi insulent trilingues atque bilingues. Ad hæc tam li- tere sacre, quam doctores sancti dicunt hebraicam linguam fuisse in vsu. At lingua permixta nō potest sane hebręa nuncupari. lingua enim permixta, vt non est

gręca vel latina, ita nec hebręa. Siquidem id quod mixtum est, nunquam suscipit denominationem ab ijs vel aliquo eorum ex quibus mixtum est, siue capiatur mixtum vulgariter, siue philosophice. Etenim mixtū ex granis diuersarum specierum puta frumento & ordeo, nec frumentum nec ordeū nuncupatur sed mixtū. Deniq; quis vnq; mixtū ex quattuor elemētis & igne, & aerem, & aquam, & terram nuncupauit? Ineptat igitur est illa distinctio hebraicę lingue quam somniat Erasmus. Pręterea si non erat in vsu lingua hebraica q̄ ab eo tempore eam suscitauit: quis posteriores hebraice loqui docuit? Quomodo tam grandis mutatio facta est, vt scilicet tota gens quę prius vtebatur lingua mixta inciperet lingua hebraica loqui? Quomodo tātę vicissitudinis nullus probatus auctor meminit? Et certe losepheus q̄ dicit se patrio, id est hebręo sermone scripsisse hystoriam iudaici belli, hoc non tacuisset. Deniq; cum lex diuina pure hebraice scripta foret, & populus hebraice non intellexisset, non potuisset legem ipsam intelligere, & tamē iubente domino lex populo legi debebat. Sed nec sacerdotes legem interpretari potuissent, nisi dicas eos duplicem linguam sciuisse, quod esset probandū. Et nihilominus illa difficultas de plebe non solueretur, quomodo scilicet potuit intelligere legem hebraice scriptam, si lingua mixta loquebatur. Nec aduersario prodest afferre pauca quędam verba non hebraica vt ait quę in euangelis posita sunt, quoniā propter pauca non dicitur lingua mixta, quemadmodum nec frumentum dicitur mixtum in quo pauca sunt ordei grana permixta. Non enī est lingua tam pura quin quędam barbara vel peregrina interdum admittat. Patet igitur somnium Erasmeum ineptissimum esse. Denique in calce huius cōtrouersię me taxat Erasmus in modo argumētandi. Audi inquit sophisma. Si eua-

gelū Matthei fuisset corruptū (ait Sutor) Hieronymus in hoc non scripsisset cōmentarios. Et subdit quis subulcus argumentare est stupidius? Imprimis Erasmus ignorat quid sibi velit sophisma, ignorare & videtur quod sit argumentatio. Si enim nosset, non fuisset tam indocte locutus. Non enim vel sophismate vel argumētatione prefatis in verbis usus sum. Nihil siquidē sophismatis est dicere Hiero. non fuisse explanaturū Mattheū si ita corruptū fuisset & restitutione propterea indignuisset vt somniat Erasmus. Nō enim liber tam corruptus fuisset dignus expositione tāti doctoris. Dicat precor, quę species argumentationis sit in prefatis verbis quę temere vellicat: O singularis & recondita Erasmi dyalectica quę tā vehemens & acuta est vt me totū contremiscere faciat. Sed extra iocū, in prefatis verbis nullū sophisma nullaq; argumentatio est cum illa vocula si non capiat tur ibi illatiue sed mere cōditionaliter, quomodo nullā facit argumentationē. Etenim si dicatur, Erasmus non putare vel sophisma vel argumētum ibi esse vbi nullum est, si peritus dyalecticus esset, nulla prorsus est argumētatio, esto vera sit ppositio. Deniq; volens ostendere quod sim eo ineptior in argumētadi genere, hoc subiūgit, versabar in re coniecturali & in coniecturis quę certam non habent probationem, valet argumentorum congeries, vt quę non profunt singula multa iuuent. At Sutor cū singulis coniecturis sic pugnat quasi tritū phum adornaturus si quamlibet vicerit. Et interposito quodam exemplo coniecturam quę per se non satis probabiles sunt, sed ipso agmine reddunt causam p̄habile, subdit. Oportebat igitur Sutorem aduersus agmē coniecturarū pugnare agmine denflore si vellet vincere aut certe pugnare necessarijs argumentis aduersus probabilia. Nunc refellens mea dicit forte, Mecū igitur sentit si dubitat. Ecce quam pulchre terminat hoc præ-

sens negocium Erasmus. Cui respondetur argumentū quod tractabatur, non fuisse coniecturale sed certum. Agebatur enim an Mattheus scripsisset euangeliū hebraice, & si Hieronymus hebraicū ipsum vidisset, Vtra que pars sufficienter probata est, sed prima copiosius, quia potior erat. Probata inquam necessarijs probationibus, vt pote manifestis sanctorum doctorum sententijs quibus refragari nefas est, presertim quando vna conspirat. Additæ sunt nihilominus & rationes necessario concludentes vt pars aduersa confutaretur vberius. Deinde aduersus totum agmen coniecturarum Erasmicarum quę leues ac temerarię sunt, pugnatū est bifariam. Imprimis generatim, deinde speciatim, primitus enim ostensum est omnes illas coniecturas esse leues temerarias ac reiiciēdas quum per auctoritates sanctorum expresse probatū sit Mattheū hebraice scripsisse, probatum inquam stultum esse ita leuiter suspicari, vbi de veritate luculenter constat. Et nihilominus speciatim illis friuolis suspitiōibus responsum est quāuis necessum non esset, debuerant enim potius rideri quam excogitari. Attamen ita responsum est vt non haberet aduersarius quod vltra gannire posset. Quod tādē ait me dixisse forte sua refellendo, plane ridiculū. Non enim dixi forte cum de argumento principali tractarem, sed vltus sum inter singulā cum aliquid occurrit quod erat factū (vt iuris peritorū more loquar). Nolui enim sciens & prudens alseuerare quod alserendum nō erat. At ridiculum est, quod ait Erasmus me secū sentire, cū prorsus ab eo dissentia & mihi cū eo nō cōueniat i argumēto principali, sed nec in alijs quę quę contra eū multis p̄batiōibus roborauī. Sed de his hactenus. Iā nostri libri ordo flagitat vt de translatione. lxx. interpretum agamus, de qua & ipse Erasmus pauca quędam inseruit in his quę modo excusimus, & alia quędam miscet cum

aliis negotiis in sequentibus que omnia tum decerpere tum simul exagitare certum est, vt lectori consulatur, qui multo fastidio afficeretur si confusionem Erasmi cam sectaret.

Capite nono disceptatur de translatione septuaginta interpretum. Et in primis summam recitatis que alibi dicta sunt, contra Erasmus, probatio rursus ex Augusti, & Chrysostomi translationem huiusmodi ex afflatu spiritus effectam, autenticam esse. Deinde ostenditur eam non esse reiectam. Postmodum ostenditur etiam Hieronymum proprie ipsam interpretationem non suggillasse. Denique monstratur eam fuisse variis modis corruptam, & tandem quibusdam obiectionibus Erasmi cis respondetur.



Et translatione igitur septuaginta interpretum rursus disceptaturus lectori imprimis moneo de re huiusmodi tribus nostri libri capitibus scilicet tertio, quarto, & quinto fusissime discussum fuisse. Que tamen omnia pene dissimulans, & nihil quod sit alicuius momenti dicens Erasmus, tantum quedam arrodit & vellicat que a me dicta sunt, & temere de ipsa translatione loquitur. Ait enim translationem ipsorum septuaginta interpretum non fuisse ex afflatu spiritus. Dicit & alibi eam relictam esse, & receptam Hieronymi editione. Ait alio loco Hieronymum ipsum iam senem, & post editam suam versionem taxasse ipsos septuaginta interpretes. Quo modo inquit afflatus spiritu non agnouit eodem afflatus spiritu. Denique me taxat alicubi quod dixerit ipsam

translationem fuisse depravatam, & genus probandi deridet. Hec autem omnia falsa sunt ac temere dicta, que admodum satis constare potest ex his que prefatis capitibus dixi. Nam capite quarto probavi auctoritate vna Hieronymi, & sex Augustini, variis in libris positus translationem ipsorum septuaginta interpretum, diuinam sine afflatu spiritu sancti factam esse. Et capite sequenti varias obiectiones que fieri potuissent adduxi, copioseque dissolui. In quorum dissolutionibus multe sunt adducte sententie Hieronimi, & Augustini, quibus aperte ostenditur ipsos septuaginta interpretes afflatu spiritus transulisse.

Que omnia tamen Erasmus se vidisse dissimulat. Et sit re vera non legit, ea tamen prius ab eo diligenter animaduertenda fuerant qua de translatione huiusmodi temere garriret. Illa autem que prefato in loco diximus quis satis esse deberet, nihilominus ad vberiorum ipsius aduersarii confutationem, quedam alia impresentiarum afferre certum est. Primum itaque probare rursus constitui quibusdam auctoritatibus quas illic non citauit, sed postmodum inter legendum occurrerunt, translationem huiusmodi diuino spiritu effectam autenticam esse. Siquidem diuus Augustinus, libro. ii. de consensu euangelistarum capite. lxxvi. hoc satis testatur in hunc modum dicens. Manifestum est interpretationem illam que dicitur. lxx. interpretum in nonnullis aliter se habere quam inueniunt in hebreo qui eam lingua nouerunt, & qui interpretati sunt singuli eosdem libros hebreos. Huius item distantie causa si queratur cur tanta auctoritas interpretum. lxx. multis etiam locis distet ab ea veritate que in hebreis codicibus inuenitur, nihil occurrere probabile existimo quam illos. lxx. eo spiritu interpretatos quo & illa que interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorum mirabili que predicatur confessione firmatum est. Ergo & ipsi nonnulla eloquio narrando, & ab eadem voluntate dei illa cuius dicta erant, & cui verba seruire debebant non

recedendo, nihil aliud demonstrare voluerūt quā hoc ipsum quod nunc in euangelistarū quattuor concordā quadā diuersitate miramur qua nobis ostenditur non esse mendacium, si quisq̄ ita diuerso modo aliquid narret vt ab eius voluntate cui consonādum & consentē dum est, non recedat. Ex his Augustini verbis liquet translationem ipsorum septuaginta interpretum eodē spiritu factam esse, quo diuini libri primum scripti fuerant. At qui diuino spiritu sacri libri pricipio fuere scripti, quemadmodum testatur princeps apostolorum Petrus suę secundę epistolę capite, i. dum ait. Non enim uoluntate humana illata est aliquando prophetia, sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. hoc testatur & symbolum nicenum dum loquens de spū sancto ait. Qui locutus est per prophetas, ergo fatēdum est translationem. lxx. interpretum diuinitus factam fuisse. Sed rursus problem? ex diuo Chryostomo translationē huiusmodi autenticā esse. Sic enim ait homelia quarta super Mattheū. Primo quidē dicemus illud qm̄ ad faciendā vere trāslationis fidē oībus alijs iure septuaginta interpretēs sunt digniores. Si quidē alij post aduētū dñi interpretati sunt, iudēq̄ si quidē permanentes, meritoq̄ specij, quippe qui inimice & subdole multa corrupeūt, & data prorū opera a prophetis mysteria predicta celauerunt. Septuaginta uero añ centum & aliquanto amplius dominici aduentus annos ad interpretādum tot ac pariter accētes ab omni suspitiōe huiusmodi uindicātur & ex tempore & ex ipso quod super omnia debet ualere consensu. Ecce quēadmodū translatio ipsorū septuaginta interpretum ab omni etiam suspitiōe falsitatis sit immunis, hęc tamen uerba Chryostomi nō sunt ad translationem Hieronymi referēda quę tēpore ipsius Chryostomi nōdū facta erat, certe nōdū erat gręcis ipsis cognita siue pbata. Denicq̄ si diuina autēticaq̄

non fuisset: quomodo eam probassent, eaq̄ si fuissent apostoli dominicę. At eos fuisse uel ostendi p̄fecto capitulo quarto.

¶ Sed tāgamus alterum quod ait Erasmus scilicet trāslationem ipsorū septuaginta interpretum relicta esse, hoc enim falsum est si intelligat eā esse relictam vt non probatam siue autenticam. Si inq̄ intelligat eam nullo modo esse in vsu ecclesiastico quę ex translatione huiusmodi deprompta sunt vt sunt introitus, responsoria, offertoria, & postcōmunionis missarum. Item psalmus uenite qui dicitur in principio matutinarum cum festa celebrantur. Item responsoria ipsarū matutinarum, quantum ad uetus testamentum pertinet. Translatio Hieronymi (fateor) maiorem habet auctoritatem, & in frequentiori quoq̄ vsu ecclesię est q̄ trāslatio ipsorum septuaginta interpretum, cui & p̄ferenda est propter causas a me dictas capite duodecimo. At translatio ipsorum septuaginta non est ita reiecta ut dicere uelle uideatur Erasmus. Quis p̄cor eam sic reiecit? Erat in flore tempore diui Hieronymi. Erat & in precio multo tempore Augustini qui Hieronymo natu minor fuit. Nam & in libro de ciuitate dei quę senex edidit, dicit eam ita fuisse in vsu ut multę ecclesię nescirent an translatio alia foret. Denique diuus Gregorius qui post Augustinum longissimo tempore natus est, dicit in principio moralium sedem apostolicam utraque translatione scilicet noua & uetere suo tempore usam fuisse. Atqui diuinum officium post eius tempora mutatum in hac parte non est. Siquidem missali quod ordinauit ipse, passim vtuntur ecclesię. Utuntur & reliquo diuino officio quod tempore ipsius Gregorii in vsu erat nihilq̄ notabile mutatum est, quauis multa addita sint ut festa trinitatis, corporis Christi,

omniū sanctorum & alia quę postmodū instituta sunt. Non igitur est reiecta translatio. lxx. interpretum, quā uis non ita sit in vsu ut Hieronymiana.

¶ Quę autem postea dixit Erasmus Hieronymū suggi-
lase translationem ipsorum septuaginta interpretum
satis respondi. Et nihilominus hic recēdere liber partim
quod dictū est, ut quicquid addatur ad maiorē aduersarij
cōsutationem. Dictum est enim Hieronymū nō suggi-
lase translationem ipsorum septuaginta interpretum
quę admodū ex ipsomet parte liquet. Cum enim ab
emulis laceraretur, & duo ei obijcerentur uidelicet q̄
sacras literas vertendo falsasset, & suā quoq; interpre-
tationem in suggillationem siue reprehensionē veterū
fecisset, fortiter hęc reiecit, & ruffino maledico hūc in
modum respondit libro secundo. Ego ne contra. lxx.
interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos pluri-
mos diligentissime emēdatos, meę ligę studiosis des-
di: quos quotidie in conuētū fratrum edissero: quorum
psalmos iugiter cāto: Tā stultus erā ut quod ī pueritia
didici, senex obliuisci uellē: Vniuersi tractat⁹ mei horū
testimonijs testati sunt. Cōmētarij in. xii. pphetis & meā
& lxx. interpretū editionem edissero, hęc ille qui &
prologos siue præfationes suas (quas libris a se uersis
prēmiserat) postea quantū negotio satis est subiicit, ut
probet se nihil dixisse ī suggillationē seu reprehensionē
ipsorum. lxx. interpretū. ibi enim expresse dicit se no-
uam fecisse translationē, nō ut antiquā reprehēderet,
sed ut ea quę illa uel obscura uel omīsa uel certē uicio
scriptorum deprauata fuerāt manifesta faceret. Et quo-
niam nonnullis in locis suorum commentariorū idem
Hierony. uisus est ipsos. lxx. itē interpretes suggillase, de-
clarauī diffuse capitu. v. quēadmodū hoc elset accipiē-
dum, ne Hieronymus sibi ipsi & ueritati cōtrarius esse
uideretur. Idcirco superuacaneum est hic repetere quę

sufficienter inibi dicta sunt, quę uideat prudens lector
si uacat, & mox intelliget quam temere impingat Eras-
mus Hieronymo, quod Hieronymus ipse a se fortiter
reiecit. ¶ Denique Erasmus ipse alicui meum pro-
bandi genus, quo probaui translationem ipsorum ses-
ptuaginta interpretum fuisse deprauatam, taxat suoq;
more ridet. In calce enim quinti capituli adduxeram
Hieronymum in epistola ad Algasia, ad probandum
translationem ipsorum septuaginta interpretum a pri-
mo scriptore deprauatam fuisse, qui uerba quedam in
termedia prætermisit. Hoc taxat Erasmus dicēs hęc uer-
ba, splendebit & nō conteretur, donec ponat super ter-
ram iudicium plene esse in translatione septuaginta in-
terpretum, taxat etiam quod de meo addiderim primi,
cum Hieronymus tantum dicat scriptoris. Cui respō-
deo imprimis, deprauationem alicuius tribus modis
in genere fieri posse, primo quidem proprie cum exē-
plari quicquam additur, uel detrahitur. quod sensum
auctoris mutat, siue fiat hoc imprudenter siue malicio-
se: Quomodo origenis est contendebat quædam Ori-
genis opera fuisse ab emulis, uel hereticis depranata.
Altero uero mō cū exēplari manētē icorrupto, liber q̄
ab eo describitur, falsę, & mendosę, siue aliter scribitur
& etiam secus transfertur, quā in ipso prothotypo ha-
betur, quod per ignorantiam, inaduertentiam, incuriā
uel malitiam contingere potest, quomodo emuli sacri
Hieronymi dicebant eum transferendo diuinos libros
deprauasse. Tertio autem modo cum ex libro aliquo
quędam decerpuntur, uel citantur mendosę, seu aliter
quam in eo est, quod incuria, uel de industria etiam ef-
fici potest. Hoc enim uicium solet ad exemplar referri
maxime quando in multis codicibus reperitur.

¶ De primo deprauationis genere nihil locutus sum.
Non enim putaueram exemplar primarium, quod in

biblioteca Ptolomei repositum fuerat, (aliquando fuisse corruptū). De duobus igitur aliis modis intēdebam, quando deprauatam fuisse translationem ipsorum septuaginta interpretum dixi, Et quod secundo quidem modo corrupta fuerit, satis ex Hieronymo & Augustino probaui, Fateatur enim Hieronymus ipse in prologo, aliisque locis, translationem ipsorum septuaginta interpretum fuisse corruptam. Dicit: & Augustinus errore contigisse vicio primi scriptoris. Quapropter ex eis satis hoc genus deprauationis probatum est. Postremum vero genus ex eodem Hieronymo in præfata epistola ad Algasiam, etiā probaui, in qua dicit errorem primi scriptoris vicio accidisse. Quod si dicat aliquis hunc tertium deprauationis modum improprium esse, non admodum contendam, sed tamen inutilis non est. Ad hoc enim conducit, vt intelligamus translationem ipsorum septuaginta varie deprauatam fuisse. Addo quod illa probatio ex Hieronymo saltem indirecte probat translationem ipsorum septuaginta interpretum fuisse deprauatam. Quod si illa probatio indirecte non placet Erasmo, aliam capiat ab eodem Hieronymo directam, qui in commentariis Ezechielis capitū quadragesimo, hunc in modum ait: Volui breuiter ostendere quantum temporis longitudine, imo scriptorū vicio, & vt apertius loquar, imperitia ab hebraica veritate discrepet antiqua translatio, hæc ille, qui nō putauit indignum etiam cornuta probatione contra Heluidium vtī, verū vt dicere ceperam ante illa quā adduxeram ex Hieronymo in libro ad Algasiam, translatio nem ipsorū septuaginta fuisse corruptā, hoc indirecte probat. Si enim scriptores ex ea citando, ac decerpēdo falsa scripserunt, verisimile est etiā eos, qui eā descripserant errasse scribendo. Deinde quod ait Eras. Hieronymū tantū dicere scriptoris, falsū puto. Nā in libro meo ante

quadraginta ānos impresso sic habebatur. Videtur mihi accidisse primi scriptoris errore. Quod si codex Erasmicus ita non habet, quid ad me: non enim epistolas recte deprauatas, misere quæ laceratas, & suis quoque titulis antiquis temere viduatas, lectitare soleo, sed antiquis magis confido. Denique si aduertisset Erasmus illa deprauationū gēna, quæ dicta sunt, nō tā prauè corrisset (opinor) ea, quæ a me simpliciter dicta fuerāt. Sed sic aliena reprobant, quæ nō capiunt Erasmi disceptatores. At dicat forsā me nihil antea dixisse de his deprauationum generibus. Fateor id quidem, sed potuit ingeniosus lector satis deprehēdere, quæ tū pro crassioribus ingeniis fuerāt forte explicanda. Sed quis est auctor, qui omnia dicit, quæ dici possent? Ergo supplēdum est aliis quando quod auctores tacerunt, nec propterea lacerandi sunt, præsertim qui pie ac fideliter scripserunt. Quod autem postmodum argumentatur Erasmus, & dicit. Si septuaginta translatio statim per primum scribam viciata fuit, post Hieronymi translationem erat vt blasphema reicienda. Hoc ineptum est, sed sequitur solus eam fuisse castigandam decenter, quod fecit Hieronymus, qui eam in libris latinis passim deprauatam castigauit, & suæ lingue hominibus diligenter emendatam dedit. Non enim consequens est si liber aliquis authenticus sit in multis locis viciatus, quod propterea sit reiciendus. Illa igitur ratiuncula Erasmica nullius est momenti. Sed sciscitatur Erasmus ipse an translatio septuaginta interpretum ab Hieronymo castigata consentit cum hebraica veritate, aut non? Si consentit, quid opus erat noua translatione? Si nō consentit, quomodo dicitur castigasse, quod manet deprauatum? Respondetur huic profunde obiectio ni, seu quæstioni translationem ipsorum septuaginta interpretum consentire, aut certe non repugnare veri

tati hebraica, esto enim multa dicat varia siue diuersa non tantum quo ad verba, sed etiam quo ad sensum, nihil tamen dicit repugnans. Cur autem varie dixerunt septuaginta interpretes, satis ex Augustino declarauit: Quid igitur (ait Erasmus) erat opus noua translatione? Nempe vt obscura aperirentur, vt omnia ab ipsis septuaginta interpretibus supplerentur, vtque hebraica veritas plenius, non tantum quo ad sensum, sed etiam quo ad verba (quantum decebat) haberetur. Multi enim erant in hebraica veritate, quae non erant in translatione septuaginta interpretum. Denique vt iudaeis imponeretur silentium, qui ecclesiam calumniabantur, quod scripturas sacras veras non haberent, dicebant enim translationem septuaginta interpretum veram non esse. Ergo nec noua Hieronymi translatio superflua est, nec ea recepta fuit veteri rescicienda. Nam multis in locis varios sensus habent, qui tamen mutuo non pugnant, vt diximus. Ea propter omnes pro sententia Augustini admittendi sunt, voluit enim diuinus spiritus, cuius afflatu ipsi septuaginta interpretes transfulerunt, quaedam per eos dicere quae in hebraico non erant, voluit & eos interdum reticere aliqua, quae ibi erant, vt ait ipse Augustinus. Sed de his iam satis. Qui plura desiderat, librum nostrum consulat, in quo prolixius hoc negotium profecuti sumus.

¶ Capite decimo, excutitur de translatione biblię communis, & imprimis recitatis iis, quę in libro de translatione biblię dicta sunt, consulantur quędam Erafmica dicta, deinde tractatur probationes, quibus probatum fuerat bibliam communem ab Hieronymo translatam fuisse & simul responiones, & potius obiectiones Erasmi, quas pro responionibus adfert penitus improbantur



Iam vero ad translationem biblię communis, hoc est qua latina vtitur ecclesia accedendum est. Et primum quidem supponendum est antequam manus cum aduersario conferantur, id ipsum, quod de re huiusmodi dictum a nobis est. Primum etenim capite sexto probaui Hieronymum veteri testamentum inmediate ex hebraeo traduxisse in latinum. Deinde capite septimo probaui translationem ipsam esse eam, quae in biblia communi habetur, quod probaui quadripartitam, scilicet ex affixione praefationum, ex diuulgatione editionis, ex commentariis in quibus suam cum aliis ipse Hieronymus translationem discutit, & demum sancti Gregorii auctoritate. Postea vero multis interpositis, quae ad translationem ipsius veteris testamenti pertinent, probaui capite decimo tertio Hieronymum transulisse aut certe emendasse nouum testamentum, probaui, & additionem eius eam esse, quae in biblia communi habetur, & capite sequenti obiectionibus cuiusdam neoterici respondi. Audi iam quid Erasmus in re huiusmodi effutiat. De veteri enim testamento alicubi loquens hunc in modum ait. Probabile est veteri testamentum bona ex parte esse translationis Hieronymianae locis aliquot immutatis, vel quia displicebant eruditibus, vel quia sine tumultu conuelli non poterat. Idque factum est ab his, qui fauebant Hieronymo. Praefationes quae non congruunt ob hoc additae sunt, quod doceant aliquid dignum, & indicant alteram fuisse versionem, Auidisti Erasmi, iam attende mi lector quanta paucis in verbis dicat nugamenta. Imprimis, quod ait probabile esse veteri testamentum bona ex parte translationis esse Hieronymianae, satis indicat se fateri non velle totam veteris testamenti translationem, quae in biblia communi est

ab Hieronymo factam esse. Detigitur illam partem, quam ipse Hieronymus trāstulit, & aperte doceat Hieronymum partem aliam, minime trāstulisse. Sed quid non respondeat probationibus, quibus luculenter probaui capite sexto, totum vetus testamentum ab Hieronymo fuisse trāslatum? Probaui & septimo, trāslationem huiusmodi esse eam, quæ in biblia communi habetur. Et vt cætera prætermittā Hieronymus ait omnibus libris veteris testamenti se præfationes præmississe, quas repetit secundo libro contra Ruffinum vsq; ad danielē. Itaque fatuū est dicere libris ab Hieronymo versis alium quemvis præfationes ipsas præmississe. Stolidum quoque est dicere Hieronymum aliam trāslationem veteris testamenti de hebræo fecisse. Hæc enī meritas per collationem facile ostendī potest.

¶ Deinde quis vnquam dixit (oro) Hieronymum dum taxat vnā partem veteris testamenti trāstulisse? Hoc somniū plusquamle est. Porro quod ait aliquot immutata fuisse a fautoribus Hieronymi, etiā inane somnium est. Quænam enim (obsecro) sunt illa, quæ mutata sunt? An illa, quæ conueniunt cum hebraico, an alia? Ridiculū est dicere primum. Et secūdum quoque, quia non probatur eadem facilitate contemnitur, qua dicitur, imo illa, quæ in trāslatione Hieronymi reperiuntur non consentire cum hebræo quantum ad verba pertinet (conueniunt enim omnia quo ad sensum) ab ipso met Hieronymo mutata sūt, vt ipsemet fatetur. Ait em̄ se nonnunquam aliter vtriusq; que in hebræo esset, vt cæteris interpretibus concordaret, præsertim cum ab hebræo non multum dissentebant, & nullum propter ea fiebat veritati, siue sensui detrimentum. Igitur dicere in trāslatione Hieronymi factam ab aliis fuisse mutationem, ineptissimum deliramentum est. Denique quæ ait præfationes; quæ nō congruunt ob hoc additas fuis-

se, quod doceant aliquid cognitū dignum, & indicēt aIteram fuisse versionem admitti potest modo sane intelligatur. Non enim præfationes impertinentes (quas minime consonantes vocat Erasimus) libris a se versis præfixit Hieronymus. Ineptissimum enim est tantam Hieronymo doctissimo calumniā impingere, at profecto omnes præfationes, quæ pertinentes sunt, hoc est mentionem de trāslatione ex hebræo faciunt suis libris ipse præposuit, vt diximus. ¶ Sed tangamus alia, quæ garrit Erasimus falso putans trāslationem biblie ab Hieronymo factam non esse eam, quæ in biblia communi habetur. Tot (inquit) sunt argumenta hanc non esse Hieronymi, vel quia libri, quibus vtitur publicitas ecclesiæ non consentiunt, vel quia in hac habentur, quæ constanter reprobant Hieronymus. Imprimis si hæc argumenta tantū sint roboris, quanti putat Erasimus; cur igitur concedit vetus testamentū bona ex parte esse trāslationis Hieronymianæ? Equidem ita concludunt aduersus eū, vt aduersus nos. Respondemus tū aliter, coedices, quibus vtitur ecclesiæ, qui nō scripti vel castigati sūt deceter mutuo cōsentire. Esto em̄ quibusdā in locis dissentiant fere tū cōsentitūt. Et nihilominus nō potest ex huiusmodi dissōnātia (quæ rara est, & sepe sensū nō variat) concludi trāslationē biblie nō esse Hiero. sed dūtaxat trāslationē eius progressu tēporis fuisse perimperitā, negligentā, aut aliter viciatā, quæ admodū si libri Aristotelis, Ciceronis, & Vergili nō oibus in locis cōsentiat, propterea nō cōficitur libros illos nō esse Aristoteli, Cice. & Verg. sed duntaxat eos fuisse deprauatos. Quod autē dicit Hiero. ipsū cōstāter ea reprobare, q̄i biblia cōi hntur, plene rñsū est cap. xiiii. Suppluū igitur eēt hic q̄q; repetere, præsertim cū aduersarij nihil eorū deceter cōfuter: qd̄ tū ei potius incūbebat, q̄ argumētatiōes nugales (q̄ a nobis plene dissolute sunt) toties inculcare

Tantum enim garrir, nihilque probat eorum, quæ affe-
rit, nihil inquam reprobat, certe decenter eorum, quæ
diximus. Quod tibi facile persuadere poteris, si diligē-
ter aduertas. ¶ Sed iam veniamus ad probationes, qui-
bus probaueram capite septimo, translationem, quæ
in biblia communi habetur, ab Hieronymo factam fuis-
se, & responsiones Erasmi excutiamus, imprimis ibi
adduxi prologos, siue præfationes libris biblicæ præ-
fixas, quæ aperte monstrant translationem ipsam esse
Hieronymianam. At dicit Erasmus probationem ipsam
sufficientem ex hoc sumi non posse. Si titulus (inquit)
credendum erat, habeamus pro quattuor quattuordecim
euangeliis. Et constat (vt ait) titulum in tam multis vo-
luminibus esse mēdacem. Et subdit, nullo titulo crede-
re stultum est, sed multo stultius omnibus credere titu-
lis. Vides (ni fallor) quo pacto, nec decenter respōdeat,
nec probat quicquam eorum, quæ dixit, vt par est.
Et nihilominus quæro ab eo, quibus titulis sit creden-
dum, & quibus non? An credendum ijs tantum, quos
probarit? Ridiculum. Dicamus igitur & nostram pro-
bationem bonam fuisse, & garrulitatem Erasmicā nul-
lius esse momenti. Quod vt tibi persuadeas mi lector,
aduerte quattuor esse genera titulorum, quidam sunt
certi, ac indubitati, de quibus scilicet nunquam ab an-
tiquis addubitatum est, vt est titulus, qui testatur librū
pentateuci esse moysi, & librum eneidis esse vergilii.
Alii sunt, de quibus fuit a nonnullis tempore vetustis-
simo dubitatum, sed postea per eos, qui auctoritatem
habuerunt, & quibus credendum ac fidendum fuit, excu-
si sunt & tandem asserti, vt est titulus epistolę pauli ad
hebręos. Alii sunt nō ita prorsus certi, sed quodammo-
do suspecti, quia videlicet non sunt vno consensu a vi-
ris doctis recepti, sed cōtrouersum ab eis est, quibus dā
dicentibus titulos illos esse falsos, aliis diuersum sentiē-

tibus, & his quidem titulis non est indubitate credēdū,
quæ admodū ediuerso nō est prorsus asseuerandū titu-
los illos falsos esse. Deniq; alij sunt falsi ac supposititij
qui scilicet falsi esse vel certo sciūtur, vel passim pro fal-
sis a viris doctis habentur. Sunt enim qui titulos falsos
libris alienis apposuerunt, quomodo Rufinus primum
Eusebii librum edidit sub nomine Paphili martyris, vt
tāta auctoritate suum Origenē defendaret. Itidē in ma-
gno decreto distinctiōe quindecima legūt multi actus
multa euangelia, multiq; libri nomine apostolorum ac
discipulorum Christi falso titulati, quorum propterea
libri quib; affigūtur apocryphi reputantur. Et his qui-
dem titulis credendum non est, q̄ constat eos falsos &
ementitos esse.

¶ De titulis vero primi & secundi generis secus est, q̄n
quidem eis non credere stultissimū putatur. Quinetiā
si agatur de titulis librorum diuinorū, impiū est eis nō
credere seu dubitare. Itaq; impium est hesitare de titu-
lis epistolę ad hebręos. Item duarum posteriorum epi-
stolarum Ioannis, & apocalipsis eius. Item epistolę la-
cobi & secunde epistolę Petri, qui enim hoc inficiatur,
vel etiam modo dubitat temerarius, scādalous, factiosus
& impius, imo & hereseos vehementer suspectus
est. Nulla enim causa nunc est cur de his dubitetur. Si-
quidem doctores omnes a mille annis & supra citra cō-
trouerſiam omnem sub illis titulis præfatos libros cita-
runt. Deinde in vetustissimis codicibus qui ante sexcē
tos annos putantur scripti, ita titulatur. Porro a mille
annis & supra ita cantari solitum est in omnibus eccle-
siis per orbē dispersis. Deniq; synodi generales audies-
runt videruntq; dum diuina celebrabatur, sub talibus
titulis præfatos libros publicitus decantari. Si erat in hoc
quicq; hesitationis, cur non admonuerunt: cur nō pro-
uiderūt præsertim cum precipua cura synodorum ge-

neralium debeat esse circa scripturam sacram & catho-
licam fidem: Profecto sunt turpissae perniciosae negligē-
tiae incusandi patres si dubium in ijs erat, & nihil reme-
dij appouerint. Ergo antiqua concilia his rebus consu-
luisse credenda sunt, esto non legatur: sed hoc omnino
persuasum nobis esse debet quātiua illa dubitatio quae
de his rebus circa exordium ecclesiae fuerat, ita propulsata
est, vt a mille annis nihil contentiois fuerit vsq; ad hoc
infelix tempus in quo miseri homines omnia in dubiū
reuocare, & quae certa erant incerta reddere conantur,
quibus tamen nulla fides tribuenda est, nec de his hesi-
tandum de quibus temere dubitant. Siquidem huius
dubitatio ad impietatem heresimq; pertinet, vt pote quae
bibliae communi, ecclesiae, synodis, patribus, doctoribus,
ac communi vsui & sententiae retrahatur. Pellatur igitur
a cordibus fidelium. Stultissimum enim est trita res
linquere vestigia, & vni aut duobus hominibus teme-
re sententias nihilq; sufficientis probationis afferen-
tibus assentire. Si enim de his modo liceat dubitare de
quibus olim addubitatum est. Igitur nunc erit dubitan-
dum an sint recipienda dumtaxat quattuor euangelia.
Siquidem de hoc iam pridem dubitatum est. Et quis hanc
dubitacionem dicat ad impietatem heresimq; minime per-
tinere: Itidem de alijs quā plurimis nunc esset dubitan-
dum, vt pote de quibus non solum dubitatum sed etiā
ab impijs ac hereticis fortiter reclamatum est. At quis di-
cat nunc esse dubitandum de ijs erroribus qui iam pridem
damnati sunt, esto aliquando fuerit dubitatum: Du-
bitauit nonnunquam Augustinus de anima, vbi reatum pec-
cati contrahat, & in hoc Hieronymum consuluit, nūquā
modo hesitandum est: Impiū est de his & alijs hoc genus
que nunc certa esse debent dubitare. Verū ad institutū
reuerentes dicimus praefationibus bibliae proprijs per-
tinentibus, & communi vsui probatis credendum esse. He-
re-

quidē certae sunt & ab Hierony. quōdā libris a se versis
affixae, vt communis tenet sententia, qua nullus ante hac dis-
sensit. Licet omnino dubitari an translatio Hierony. sit
fidelis ac vera. Cum igitur praefationes ipse testetur bi-
blice translationē esse Hierony. stultissimum est aliter puta-
re, vel etiam addubitare. At dicit aduersarius si titulis ac
praefationibus credendum erat, habebamus pro. iiii. xiiii.
euange. respondeat hanc rationē nullius esse momenti. Di-
ctū est enim titulis incertis & falsis credendum non esse. At
titulis veris, certis & communi sententia catholicorum doctorū
probatis fides tribuenda est, & huius generis sunt tituli
ac praefationes librorū biblicae communis. Sed dicit rursus,
si credendum est huiusmodi praefationibus, igitur reddere opus
est omnia quae pollicentur. Pollicentur enim (vt ait) obe-
los asteriscos & literas miniatas. At nihil horū videmus
in psalterio, nihil in Daniele, nihil in Hester. Hic suppo-
nendum est Hiero. duas fecisse biblicae translationes, vnam
ex graecis, alteram ex hebraeis: & idcirco duplices fecisse
prologo siue praefationes. In illis autem praefationibus
quas translationi suae quā ex graecis fecerat, mentionem
fecit obelorum & asteriscorum, quos & pollicetur, nec in iu-
ria. In illa enim editione huiusmodi signa posuit quae &
inuenerat in libris graecis, vt enim in epistola quadā ad
Augustinum, dicit illa interpretatio septuaginta inter-
pretum fuit, & vbi quae virgule. i. obeli erant, significa-
batur quae septuaginta interpretes plus dixissent quā in
hebraeo haberetur. Vbi autem asterisci. i. stelle praeluce-
tes, ex Theodosio editione ab Origene additū fuisset.
Et ibi graeca (inquit) transtulimus, in alijs autem prolo-
gis quos libris ex hebraeo immediate versis praefecit, ta-
lia signa minime posuit quod opus non erat, nec in ipsius
prologis ea pollicetur, vt somniat Erasmus, quoniam
inanis fuisset huiusmodi pollicitatio. Sed ait aliquis
Hierony. aliquā facere mentionē in huiusmodi prologis biblicae

talium signorum: Fateor quidē sed ea non pollicetur, ut dixi in prologis nouis quos tamen noue translationi prefixit, de illis signis etiam meminit ut moneat lector rem se aliam fecisse translationem ex grecis, quā poterat legere cui non placebat noua translatio ex hebreis. hoc autē faciebat vt liquidis & detractoribus suis responderet qui dicebāt uero nouam ex hebreis fecisse translationem in reprehensionem veterum. Vt igitur hanc elideret obiectionem, illi translationis mentionem faciebat quam cum obelis & asteriscis ex grecis ediderat. Vtriusque autem prefationibus credendū fuit, ut pote falsis delibus & certis ex quibus & sufficiens probatio effici potuit, si tamen pertinenter & recte suis libris apponerentur. Si enim impertinenter, non potuit ex eis probatio sufficiens effici, ut puta si prefatio pollicens obelos & asteriscos fuisse prefixa libris ex hebreo versis qui nihil talium signorum habuerunt. Quod autem Erasmus argumentatur de prefatione psalterii que in biblia impressa ponitur, supponendum est peculiariter quantum ad psalterium pertinet, Hieronymum & emendasse & transulisse. Correxit enim imprimis ipsum dum adhuc Romę esset, quemadmodum liquet ex eius epistola ad Paulam & Eustochium que de eiusmodi mentionem facit, sic enim habet. Psalterium Romę dum positus emendaram, & iuxta septuaginta interpretes licet cursim, magna tamē ex parte correxeram. Deinde ad instantiam Damasi papę psalterium ipsum interpretatus est. Sed dicit aliquis, cum Hieronymus iam ipsum psalterium correxisset, cur instigauit Damasus Hieronymum ipsum ut transferret? Dicit potest Damasum illius forte correctionis notitiam non habuisse vel certe hoc effecisse ut melius & apertius transferret quam esset i editione cōmuni, quod innuere uidetur epistola ipsius Hieronymi ad Damasum que sic habet.

Legi literas apostolatus tui poscentes ut secundū simpliciter septuaginta interpretum cauens psalmographum interpretari festinem propter fastidium Romanorum, ut ubi obscuritas impedit, apertius & latine trahatur sensus. Hoc autem psalterium uocant nonnulli Romanum. Porro cum successit temporis scriptorum vitio deprauatum fuisset, ad preces Paulę & Eustochij vertit, correxitque psalteriū ipsum iuxta editionē septuaginta interpretum. Cui & addidit multa que in hebreis presertim in translatione Theodocionis habebantur, & translationi septuaginta interpretum deerant, que & asteriscis denotauit. Nonnulla uero que in hebreis non erant, sed a septuaginta interpretibus addita fuerant, obelis distinxit, quemadmodum patet ex epistola eius ad Paulam & Eustochiū. Et hoc quidē psalteriū nonnulli uocant gallicum, alij romanū. Insuper ad postulationē Sophronij psalterium ipsum immediate vertit ex hebreis in latinum, & passim uocatur psalterium iuxta hebraicam ueritatem, quod multum distat ab alijs quantum ad uerba pertinet. Deinde nonnulli addunt aliam Hieronymi translationem dicentes ipsum Hieronymum tandē ex hebreis codicibus & translationibus septuaginta interpretum aliorumque translatorū optima queque decerpisse & unū spiritum sancto dirigēte psalterium fecisse in quo nec hebręorum nec aliorum sensui se astrinxit, & hoc uocant commune psalterium quod in biblijs impressis habetur ut dicitur, & ab omnibus ecclesijs pene legitur. Verum non legitur Hieronymus prefationē huic editioni prefixisse ut in alijs fecerat. An uero res ita habeat (ut isti dicunt) mihi dubiū est. Et cur dubitē, causa imprimis est quod Hieronymus non meminit huius editionis quę certe norim, nec aliqua prefationem eam muniiuit, cū tamen omnibus alijs translationibus prefatiūculas adhibuerint. Deinde cū Hierony. ipse cōmunē siue antiquam